tes caritatis per calorem enim affectus quasi rapi-
endo quosdam poros amati dum considerat nulla
temporalia bona quale amatum debent diligi
in singulis bonis superficiet amatum et sumuntur
4 6 due proprietates caritatis scilicet 3a et 7a que sunt
calidum et superfervidum. Secundum autem compara-
cionem amoris una secundum comparacionem ad intel-
lectum quem trahit amor secundum quod dicitur ubi
7 amor ibi oculus. Et hec est septima proprietas que
dicitur intensibile. Altera autem est secundum comparacionem
ad voluntatem que est proprium subiectum cari-
tatis que voluntatis est intimus affectus et
hec est proprietas octava eminenti superior que di-
8 intima et iste due proprietates non ducuntur tamen
quia istas in dantur est non sunt amor in se sed
in comparacione ad naturam intellectualem in qua est.
Alie autem octo accipiuntur secundum reductionem et actionem
in inferiores et secundum duas proprietates ignis que
sunt lucere et ignire. Unde secundum comparacionem ad
proprietatem que est ignire accipitur duobus modis
scilicet prout est destructivum contrarii in subiecto. Et
prout efficit ea que sunt nature in ipso igne.
Et sic hoc modo sumitur accipitur adhuc in
duplici comparacione scilicet absoluta et respectiva. Ignis
primo facit ignem et per formam combustibile aggreditur
combustio et facit ipsum esse comburentis. Secun-
dum autem quod ipsum combustibile efficitur ignis
sic adhuc due sunt operaciones ignis in eo
scilicet impressio speciei ignis et impressio disposicionis specie
et hec disposicio est duplex scilicet prima que
impressio caloris et fervoris. Et ultima que
dicitur necessitas que est impressio caloris inter-
ne primo ad quam de necessitate sequitur species
ignis immediate. Et secundum istas operaciones
accipiuntur quinque proprietates supra enumerate scilicet
9 nona que est assimilativus hec vero acci-
pitur secundum quod ignis amoris in perfectam spe-
cialitatem inferiorem intentam superiori intellectui
10 assimilat et decima que est secundum impressionem
prime disposicionis et hec dicitur realificans. Et

undecima que est secundum impressionem ultimate dispo- 11
sicionis et hec dicitur resistibilis in plenum cali-
ditate. Et duodecima que est secundum impressionem 12
speciei et hec dicitur igneus celitus. Et tredecima 13
que est secundum destructionem contrarie disposicionis
in subiecto et hec dicitur holocauste purgativa
et dicitur ab holon quod est totum et cauma
quod est incendium quia totum incendendo pur-
gant ad similitudinem ignei celitus. Secundum comparacionem
autem ad illam proprietatem que est lucere est dux
comparans scilicet in se et ad effectum et in se est du-
plex scilicet secundum proprietatem et naturam primum vero est quod
non celi convenit immediate autem videtur deus est +
et illuminatoris eius immediate habet proprie
non convenit seraphim ut probabit inferius et quo
ad hoc est proprietas quartadecima que dicitur 14
indeclinatus eo quod radius divinus non recipitur
nisi a deo non velatus per involucrum aliquem crea-
ture sicut lumen celi nulli nature involvitur.
Natura enim lumen celi est quod non extinguitur per
incorruptibilitatem celi et est lumen inextingu-
ibile in deo. In creatura autem distinguitur et
per hoc accipitur proprietas quindecima que dicitur 14
inextinguibile secundum comparacionem ad effectum que con-
sequitur illuminatus in illuminato. Est ultima proprietas 15
que est se habet superluciforme et illuminativa
proprietatem omnis tenebrose obscuritatis per
interitum et manifestacione et dicitur superluciformis
ad comparacionem ad lucem primam et illuminativa
autem secundum comparacionem ad inferiores illuminatas.
Si non obstante quod iste proprietates seraphim sunt
in combustibili et combustibile quod non convenit an-
gelis dicendum secundum augustinum in 2o super genesim
ad literam quod licet omnia facta sunt sicut in cognicione
angelorum secundum tempus nichilominus tamen distinctio
rerum est in natura que pertinet ad distinctionem
dierum. Et ita quamvis hec omnia sunt sicut in michel
eius tamen est distinctio effectuum secundum quod est
distinctio proprietatum. Ad obiecta autem dicendum ad obiecta
Ad primum dicendum quod motus circa amatum et
quiescit amore amotum circa amatum est

langwore amorem vel fastidium. Ad 2m et 3m
patet solutio per distinctionem. Ad quintum dicendum quod
sicut dicit philosophus in 3o de anima Non contingit
intelligere sine fantasmate. Et ideo cum Dyonisius
loquitur ad intellectum nostrum oportuit quod proprieta-
tes spirituales que fantasmata non faciunt et nobis
exprimeret per proprietates corporum fantasias facientium
Ad sextum dicendum quod acutio sumitur hic pro officio
pro penetratione sicut ingenium dicitur acutum
quod subtiliter penetrat modos intelligibiles
Ita amor dicitur acutus quia pertingit subtiliter
omnes partes boni quod est in amato. Ad aliud
est dicendum quod forsitan non notat dubitationem
sed quod vno modo est intime secundum profunditatem
et possibilitatem affectus ipsius et alio modo non inti-
me secundum mediocritatem amati quod hoc est infinitum
et immensum et non potest profundari ad plenum
ab aliquo creato. Ad septimum patet solutio per
distinctionem. Ad octavum dicendum quod educ-
tus et natum dicit quod vnum est per alterum creatum
vel est perungere illuminare et perficere sed reductio
est per exemplificationem ad primum. Ad nonum di-
cendum quod similitudo est duplex secundum modum recipiendi
illuminationem et in hoc modo etiam in modo recipiendi
inferiores non equantur superioribus quia potius modi
recipiendi distinguuntur ierarchie. Sed et habe-
ndo illuminationem nichil prohibet assimilari superi-
ores per contemplationem hoc quod habent recipi-
unt in inferiores. Et sic vnaquaque ierarchie
vt superius dictum est proportionabiliter in dei similitudinem
ascendit. Ad decimum dicendum quod licet inferiores
careant aliqua similitudine illuminationis tamen
hec similitudo non est in contumelia quia contume-
lia est in vicio. Nicholaus tamen hec argumen-
tatio procedit ex prima intelligentia habet quia
subiectus non supponit ibi inferiores angelos sed
ponitur ea que subiecta sunt sub miseria et passione
Et intendit dicere quod superiores angeli sunt
nescientes vel non experientes contumeliam diminu-
tionis et vilitatis in subiectis id est in modo
subiectorum miserie et passionum. Ad vndecimum

dicendum quod manuductio dicitur duobus modis scilicet per
figurationem velut quod est speculum et enigma
et sic omnes angeli habent manuductionem in
deum et etiam omnis militans habet manuduc-
tionem. Est etiam manuductio per figurationem
ad contemplationem causatam in quo lucet et reue-
latio sed est in deo. Et manuductio in omnibus
hiis in quibus licet lux diuina et contemplata et
sic solum qui sunt de seraphim habent tamen
manuductionem inferiores autem non ita et hoc intel-
ligendum est eo modo quo supra distinctum est de
theophaniis. Ad duodecimum patet solutio per
distinctionem. Ad tredecimum dicendum quod omnia que
sunt inferiorum excellentius sunt superiorum in hiis que
distinguuntur secundum nomen tamen proprietatem Nicholaus
tamen est lividum quod est male ad calidum sicut et
lividum citrinus et est lividum per se rufus quod
pertinet ad cherubim vt infra dicetur. Ad quar-
tumdecimum dicendum quod obscuritas tenebrosa est
absentia illuminationis desuper venientis que supra
dicta est ignorantia sive dissimilitudo illumina-
tionis non patet et non supponit aliquam immundam
maculam nec etiam fantasiam. Ad vltimum dicendum
quod purgatio est depelli privationem ignorantie mani-
festat autem est ponere subiectum ignorantie et lucere
subiectis manifesta

Cherubim

Deinde queritur de cherubim et queruntur
duo. Scilicet quid sit et de pro-
prietatibus eorum.
Ad primum sic proceditur dicit beatus Dionisius
in septimo capitulo celestis ierarchie quod nomen
cherubyn manifestat multitudinem scien-
tie aut fusionem sapientie. Sed videtur quod inconveniens
quod dicat multitudinem quia multitudo consistit
in pluribus distinctis et hec scientia causatur ab
ente cuius principia et diffinitiones sunt
multe. Scientia autem a qua dicitur cherubyn
est scientia de deo cuius simplex ipsa non videtur quod
multitudinem sed potius in vnitate. Item scientia
est vt dicit augustinus de humanis et penes hanc
non est gloria ergo videtur quod nullus ordo et
maxime in suprema ierarchia debet designari

penes sciam. Item ad sapiam et intellectum sunt
de divinis posit dicat gregorius videtur q pauq
debet denominari iste ordo a sapia et intellectu
quam a scia. Item dicit gregorius in omelia de
omnibus et dingnis cherubyn plenitudo scie
dicitur illa sublimiora agmina. Ideo che
rubyn vocata sunt quia tanto perfectiori scia
plena sunt quanto claritate dei vicinius contem
plantur. Et si mirabile modo eo plene scia
sciunt quo vicinius conditionis per meritum
dignitatis appropinquant. Ordo hoc videtur
q si aliquem plus appropinquat q plus sciunt
et in conspectu magis debet denominari a
scia quam cherubin. Item bernardus in se ser
mone super cantica. Illa celi agmina que che
rubin vocantur si eis sui nominibus scientie
interpretatio arbitror nichil habet a thro
nis vel per thronos accepisse nisi de ipso fonte
ad plenum haurire liceat ipsis ea prestante domino
illud dignante ultro ducere in omnem ple
nitudinem virtutis et thesauros sapientie et
scientie qui in eo omnes absconditi sunt et lar
gissime revelante. Ex quibus videtur q che
rubin inter omnes choros magis habeant
sapiam et sciam. Et ad latera civitatis sunt
equalitate civitatis sunt equalia ut dicit
glosa super apocalipsis s q unusquisque tantum
diligit quam scit et quantum diligit tantum habet
et operatur. videtur q cherubyn magis ha-
beat dilectionem sic ergo ad nobilius denom
se dilectio quam scientia ponitur debet de
nominari a dilectione quam a scia. Iuxta
hoc sciendum quod dicitur omnis plenitudo vel ...
tuus in illam n. non videtur intendum [illegible]
plus dz et non aliquis ordo angelorum. Se
cundo dicendum q scia dicitur multipliciter. Dicitur
n. scia practica et scia speculativa. Et ia
que est practica est ad affectum. que autem e
speculativa est finis intelligere speculative.
et hec dicitur duplex s. conclusionis et simpliciter.
Secundo autem q dicitur scia conclusionis
tunc dicit philosophus sic de scia in fine 2i
posteriorum. quod autem circa intelligentiam [illegible]

quibus unum derog alij quosdam sunt vel alij
aut recipiunt falsitatem ut opinio et error. Vera
autem sunt scientia et intellectus et intellectus est
scientie origo. ad generis. quia intellectus. Intellectus
namque est principiorum principia n. demonstra
tionis notiora sunt. Scientia autem est cum
medio est principiorum. q est scia non namque
est et hoc patet q scia q est ad medio ho
est in mediate conclusionis et q post
q principijs sicut q eam diffinitur sic in po
mo primi posteriorum. Scire opinamur unumquodque
q simpliciter et non sophistico modo quod est
accidens ad causam opinamur cognoscere propter
quam res est et quod illius causa est et non
est contingere hoc aliter se habere. Secundum autem
q simpliciter scia dicit habitum intelligen-
ne speculative sic sumitur a philosopho in 2o
metaphysice in principio ubi dicit sic est scientia
quedam que speculatur ens secundum quod ens e
et secundum q huic insunt per se. hec autem e nequaquam
una earum que in parte dicuntur nec
n. una aliarum considerat de eo q e inquantum
est sed partem entis dividentes circa hanc
speculatur accidens ut mathematice scientiarum [illegible]
scia autem medicina q scia q est habitus intel
ligendi est duplex s universalis et particularis.
Et dicitur universalis que est de ente particularis
autem que est de particularibus entis sicut geome
tria. Similiter sapia dicitur multis modis.
Dicitur n. sapientia que est ad affectum et que
est speculativa tantum et illa que est ad affectum
diffinitur ab augustino sicut q cognitio de divinis
est. Illa autem que speculativa tantum dicitur quadrupli
citer hoc accipitur quadrupliciter diffinitionem sapi
entis que ponitur in primo metaphysice. prima n.
hoc arbitramur itaque primum scire omnia sapi
entem sicut convenit nisi secundum unumquodque habentem
sciam ipsorum. hoc est q sapiens e q scit
per causas quia sicut convenit scire et nos scia
singularis tantum secundum universale v. secundum singularia
est hoc magis experientie est. Alia est q
dicitur nisi dicit posita omnia e difficilia

[Marginal notes: "[illegible] non est [illegible] hic :–" "de scia"; "[illegible] per se"; "de diversitate sapientie"; "differencie sapientis"; left margin: "Scia dr [illegible]"]

naturalia
mathematica
metaphysica

cognoscere et non levia hoc cognoscere humane
sapiente sit arbitrandum. Tertia est cum dicit ad
quod certiorem et doctissimum circa causas sapienti
orem est ita omnem scientiam simpliciter arbi
trandum. Prima dicitur conclusio ad scita vero
naturalia enim et metaphysicalia et mathematicalia
pueri sciunt convenit. Secunda autem dicitur per
modum abstractionis secundum quod mathematicalia ma
gis sunt abstracta naturalibus et metaphysi
calia utrisque et ideo in naturalia per hoc de faci
li quia ad illa homo iuvatur a sensu yma
ginatione et intellectu. In mathematicalia autem
non habet tantam facilitatem quia ad illa non iuvatur
ymaginatur nisi ymaginatione et intellectu.
In metaphysicalia autem ~~est~~ non est de facili
venire homini quia ad illa non venit nisi per
admirationem eo quod solus intellectus utitur ad
illa quia hic enim intellectus involvitur de facili
per sensus et sensibilia propter quod et dicit philosophus in 2°
metaphysice sicut nocticorax lumina ad lumen
quod est secundum dictum sic enim noster intellectus
ad nature manifestissima omnium. Tertia non dicitur
penes medium propter quod est scientia et hoc est
medium demonstrationis et silogismi quod est
causa potissima secundum quod dicit enim ibidem
scire illa que sunt per causam est et scientia
gratia eius intellectus finis magis est scientia
quia quasi advenientium causa. Hoc est quod quedam
scientia est propter aliquid aliud sive scibile sive commo
dum et quedam est propter se ipsam secundum quod dicit
philosophus in topicis in 1°. quod quedam problemata
utile est scire tamen ad diligendum vel fugiendum
utrum voluptas sit eligenda vel non.
Quedam autem ad sciendum ipsam non propter aliud
utrum mundus eternus vel non. Quedam non ipsam
quedam propter neutrum horum. Dissimilatia autem
sunt ad aliorum horum ut sunt problemata dicta
dicitur autem scientia sui ipsius causa que non querit
propter aliud sed propter se. Et quia est sciendi
gratia non ad aliquid faciendi et precipue

quia finis intellectus est et hoc est quod ipsum scire ~~~
est finis sive quia habet deus. Unde enim in a-
dea scientiarum dicit et ab illa dicitur denotari che=
rubyn et propter cherubyn non importatur scientia sed
sive plenitudo sit propter scientiam divina que sui ipsius
causa est et sciendi gratia non ad faciendi quia
finis est intellectus. Unde propter hoc quod finis eius
est ultimum intellectus est impossibile est ex parti-
bus affectum. Dicendum ergo ad primum quod multo ad primum
sive dicitur quantum ad multitudinem illuminationis et
ex hoc non sit probabilis scientia cherubyn. Sed
potius simplificatur quia ex multitudine illuminationis
magis accedit ad unum sicut dicit philosophus in
quinto de causis. Intelligentia que
est multa propter bonitates que adveniunt ei a
causa prima et ipsa quamvis multiplicetur per mo
dum hunc sed quia appropinquat uni non sit dissi
milis. Ad 2m dicendum quod scientia est multiplici-
ter dicta ut patet ex predictis. Ad aliud dicendum
quod scientia quedam est sapientia et intellectus ut
ex distinctione supposita. Ad tertium dicendum
quod seraphin habet altissimam scientiam. Et hoc
est ideo quia inferiora dona excellenter sunt in
superioribus in omnibus potestatibus totis. Sed
denominatio seraphin non est a scientia quia de-
nominatio et diffinitio est penes ultimum ut
in homine unicuique licet sit unum possibile et vitale
tamen diffinitur et denotatur absolute tamen quod est
rationale. Sicut in ordinibus licet enim superior
ordo sit potestas ad actum sub diacono et
diaconi et presbiteri tamen denotatio et diffinitio
est absoluta. Et similiter est in officiis ad rem
publicam ordinatam in rege vel ducatus ab
actu regendi sit licet in eo potestas sit
ad actum iudicum et prepositi et aliorum et simili-
ter quod in seraphin sunt omnia inferiora dona
sed denotatio est absoluta et superior nobilior
quod est ardor dilectionis. Ad aliud dicendum
quod etiam cherubyn habet dilectionem et tamen
quantum est scientia quia ea que sunt superiora eis in
nitis inferioribus non excellenter quia alie superio
res non purgarent et illuminarent et perficerent

inferiores secundum dona sua et sic non ordinantur
ordines quod unusquisque habeat tantum aliud donum
a quo denominetur sed ordinantur secundum ordinem
dignitatis donorum Ita quod alter ab altero
denominetur et 2a a 1o et 3a a 2o etc. Et
hoc patebit inferius ubi disputabitur de istis
ordinibus in speciali Ad ultimum patet solutio quia ple-
nitudo sapientie dicitur propter adventum sapientie hic
que est sui ipsius causa et sciendi gratia et
cuius finis intellectus est. Et per oppositum sapientia
dicitur non plena sive completa que non sui ipsius
causa sed adminiculans ad aliud et non sci-
endi gratia sed aliquid faciendi et cuius finis
non est intellectus sed expectatur in futuro et hec
sapientia est de qua dicit apostolus ex parte cog-
noscimus et ex parte prophetamus. Cum enim
venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex
parte est. Et iterum nunc cognosco ex parte tunc
autem cognoscam sicut et cognitus sum: —

Secundo queritur de proprietatibus cherubyn
que enumerantur a dionisio septimo capitulo
celestis ierarchie sic dicentis cheru-
byn vero arbitrantur cognoscitivum eorum et
dei inspectivum et altissime lucis susceptivum ac
receptivum et contemplativum In prima operatrice
virtute divine pulchritudinis et sapientifice
traditionis repletum et communicativum copiose ad
secundam susceptionem donate sapientie Et obicitur
primo de hoc quod dicit cognoscitivum Hec enim pro-
nat magis cognitionem passivam quam activam
et ita non videtur quod nobilis proprietas Item
hoc quod dicit dei inspectivum non videtur proprium
sed commune omnibus angelis qui vident faciem
patris qui in celis est Item queritur quod sit
hoc altissime lucis susceptivum dicit
enim dicitur altissime in comparatione ad omnes or-
dines Et hoc patet quod falsum ex predictis
quia ipsi seraphin sunt dicitur altissime quod
ad id a quo accipiunt quod scilicet est deus tunc
non erit proprium quia omnes accipiunt illumina-
tiones a deo et principaliter illi de prima ierar-
chia Queritur de hoc quod dicit contemplativum

in prima operatrice virtute Prima enim non opera-
trix est intus creatrix et contemplatur in illa
facit visionem matutinam ut superius habitum
est hoc autem omnibus convenit Preterea queritur
quid dicit proprietas illa a 2a que est dei inspec-
tivum Item queritur de hoc quod dicit divine
pulchritudinis repletum sicut enim dicit dionisius
in libro de divinis nominibus capitulo 4o supersubstantiale
pulchrum pulchritudo quidem dicitur propter traditam
ab ipsa omnibus existentibus iuxta proprietatem uniuscuius-
que pulchritudinem sicut universorum consonantie
et claritatis causa et ad similitudinem luminis cum
fulgore immittens unicuique pulchrificas fontani
radii ipsius traditiones Et sicut omnia
ad se ipsum vocans Ex hoc accipitur quod de ratio-
ne pulchri duo sunt scilicet fulgor consonantie
et quod propter se appetitur Aliter enim non vo-
caretur ad se quia sicut ipse dicit ibidem quod bo-
num et pulchrum secundum omnem causam cuncta de-
siderant Unde et pallas dicitur quasi tota
in totis congregans Et ita videtur quod proprietas
potius conveniat seraphin quam cherubyn quia
amoris est cuncta in id quod per se appetitur Item
ex auctoritate iam dicta videtur quod hec proprietas eadem
sit cum secunda quia pulchrifice fontani radii
traditiones eadem sunt cum sapientificis traditioni-
bus Item dicit philosophus in prologo methaphisice non sapientem
oportet ordinari sed ordinare neque hunc ab
alio suaderi sed ab hoc sapientem minus Ergo
videtur quod sapientifice traditionis sit ordinare
alia et suadere aliis et repleri hoc videtur
quod contemplatorum imperatorie ordine uniuscuiusque
et ita videtur quod iste ordo non tam conveniat in dono
sed super contemplatorum creature Item hoc
idem queritur de eo quod dicit dionisius sedere
super cherubyn potius enim hoc videtur attribui
thronis quam cherubyn et si forte dicatur quod super
notat ibi excellentiam in altitudine et pro illa
tunc potius tunc videtur quod potius deberet
dici sedere super seraphin Preterea queritur quare deus spe-
cialiter fecit ymagines cherubyn in templo potius

50

vnde sumuntur
sex proprietates

quam aliorum ordinum. Solucio quod sex proprietates
tacte a dionysio accipiuntur sicut proprietates spiritus
plene et perfecte ad illam autem exiguntur quatuor
scilicet proximitas cognoscentis et cognoscibilis altissimi
et medium per quod est cognicio et acceptio me-
dii et cognoscibilis ad ea que virtute sumuntur in
ipsis aliter non sunt nisi in via et non in ipsa natura
et in potencia et non in actu quod esset imperfecte
sed prima ergo proprietas que est cognoscibile circa acci-
pitur per proximitatem intelligentie et potentie cogn-
oscibile pro cognoscitivo et per hoc patet solucio
ad obiectum. Altissimum accipitur proprietas 2a que
est dei inspectivum licet enim omnes angeli de-
um sine medio videant secundum quod est obiectum
beatitudinis et etiam secundum theophanias tamen secundum
quendam modum indistinctione officiorum quod conve-
nit ad primum in se et sic dicitur cherubin
dei inspectivum et quid est hoc patet prius in
questione de theophaniis. Et per hoc patet solucio
ad 2m. Penes medium autem cognoscendi acci-
pitur proprietas 3a que est altissime luminis diuinis
acceptivum dico autem medium non quod sit inter
cherubin et deum sed sub quo videtur deus a
cherubin secundum quod prius dixi deus qui in the-
ophaniis scilicet lumen elevans intellectum et
cognoscibile distinguens ipsum. Et dicitur diuinus
luminis immediate lumine dato. Et dicitur altissime
per modum accipiendi a deo immediate enim
et non ab angelo quod licet conveniat etiam
seraphin tamen non ab alio dicitur quia non est nisi
tamen eius. Etiam licet conveniat thronis tamen
non ab eius dicitur quia non conveniunt eis
eminenter sicut conveniunt cherubin et est simile de
natura intellectuali que convenit homini et an-
gelo et deo tamen deus ab illa non dicitur quia
aliquid convenit ei eminencius quod est supra
intellectuale esse et homo etiam ab illa non de-
nominatur quia non convenit adeo eminenter sicut an-
gelis angelus autem denominatur ab illa. Et
per hoc patet solucio ad id quod obicitur contra

proprietatem istam. Penes cherubin accipiuntur tres proprie-
tates superiores circa tamen quod cognoscitur in pa-
tria aut accipitur in comparacione ad officium et ita
proprietas est quod vocat contemplativum in prima operante
virtute. Ad hoc autem quod obicitur contra dico
quod prima operacio illius est operatrix conservatrix
mundi et sic contemplatur in ipsa sicut in rationem
exemplarem sicut prius dictum est. Est autem eodem ex-
emplari in prima operante virtute sicut operatur
illuminaciones ad distinctionem ordinum et officiorum
pertinentes et sic cherubin contemplatur in prima ope-
rante virtute. Aut accipitur in comparacione ad
causam idealem et exemplarem et est proprietas 4ta
que est diuine pulchritudinis repletivum dicit
enim augustinus rationes omnium fulgent in mente diuina
et omnia sunt in ipsa luce et hoc appellatur
hic pulchritudo sicut dicit boecius in de conso-
lacione philosophie Mundum mente gerens pulcher
pulcherrimum ipse. Ad hoc quod contra obicitur
quod pulchritudo dicit convenienciam et appetibile per
se dicendum quod est conveniencia in bono et hoc
est secundum comparacionem ad finem et est conveniencia in
vero et hoc est secundum adequacionem ad exemplar
quando scilicet res est sic secundum quod est in mente
diuina in exemplari et non distorquetur per
privationem ab illo sicut dicit anselmus in libro
de veritate quod veritas est rectitudo sola mente
perceptibilis. Dicit ibidem quod quicquid est vere
est hoc quod est in prima veritate. Dicendum ergo quod
bonum dicit convenienciam ad finem et pulchrum dicit
convenienciam ad formam exemplarem. Sic est aliquid
appetibile per se secundum quod est finis ultimus voluntatis
vel finis ultimus intellectus. Et hoc unum dicit bo-
num et aliud pulchrum pulchrum enim est fulgens
in intellectu. Et per hoc patet solucio quod obicitur
contra proprietatem quintam. Aut est accipere relacionem
ordinis ad causam primam ut ad finem et sic est proprie-
tas 5ta que dicitur repletivum sapientie tamen
dictum. Sapiencia enim ponit ordinem ad causam
et proprie ad causam finalem quia illa est causa
causarum per finem enim movet efficiens et movet

materia et inducitur forma et dicitur traditio vel
facte tradite in ordine ad finem. Sed dubium
quod in ista hoc queritur. Respondet beatus Gregorius
in omelia supradicta sic dicens: per psalmistam
dicitur: qui sedes super cherubyn appare. Quia
videlicet in ipsis distinctionibus agminum che-
rubyn thronus dicitur. Sedere enim super
cherubin deus ex vicina agminis equalitate
perhibetur. Sic quippe in illa superna civitate
quedam singulorum sunt ut sibi sint communia omnium
et quod in se quisque ex parte habet hoc in alio or-
dine totum possidet. Sed idcirco uno eodemque
vocabulo omnium non censetur ut ille ordo vo-
cari propriatio vocabulo debeat qui
hanc in munere accepit plenius non possit hic
dici aliter secundum quod supra dictum est quod omnibus
angelis est commune illuminare et per illuminationem
acceptam purgari et perfici. Cherubin autem spe-
cialiter denotatur ab illuminatione acceptam quia
ergo deus omnes celestes essentias illu-
minat merito super cherubim quia plenitudo
sciencie dicitur sedere perhibetur ut a plenitudine
sciencie tamquam a sede luminis habens omnes il-
luminat secundum sciam ut dicitur in secundo libro et 7mo nisi
est unus nullatenus eius super que non surgit
lumen eius. Sed si autem queritur quare non est aliqua
proprietas secundum actionem tertiam in se, dicendum quod
illa cognitio non pertinet ad statum glorie. Et
ideo nulla proprietas cherubim assignatur pe-
nes illam. Sed tercio ulterius dicendum quod deus dic-
citur de syon exivit lex et de ierusalem verbum
domini, ut ergo significaretur omnem ordinem cele-
stium ierarchie ad illuminationem celestis
ierarchie descendere velut ibi celum cherubyn
et syon dictum est propter illuminator propter hoc ut
sic super cherubyn sedere dicitur. Throni

Unde queritur de thronis et queruntur
duo scilicet quid sunt et de proprietatibus eorum.
Sed primum patet quia sic dicit beatus Gregorius:
throni illa agmina vocata sunt quibus
ad exercendum iudicium semper deus omnipotens

presidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes di-
cimus. Throni dei sunt hii qui tanta divinitatis
gratia replentur ut in eis deus sedeat et per eos
sua iudicia decernat. Unde et per psalmistam
dicitur: sedes super thronum qui iudicas equitatem.
Sed nunc ordines prime ierarchie distinguantur
penes dispositionem iudicii et iudicare autem non
sit actus dispositionis iudicii, non videtur iudi-
care convenire thronis qui sunt in prima ie-
rarchia. Sed hoc autem intelligitur de iudicio ultimo
aut de iudicio pertinente ad gubernationem
huius mundi. Si primo modo, nam illud iudicium tamen
sit semel futurum, deus tamen presidet illud tam
gelis quod est inconveniens. Si autem secundo
hoc videtur magis esse principatuum quam
thronorum. Et hoc videtur expresse dicere
Gregorius: sic dicunt non mali qui bene sibi
met ipsis vigilanti cura dominantur. Dum se sol-
licita inquisitione discutiunt divino timore semper
inherentes hoc in munere virtutis accipiunt
ut iudicare et alios possint quorum perfectio
mentibus tum divina contemplatio presto est
in hiis velut in throno suo deus presidens
aliorum facta examinat et cuncta mirabiliter
de sua sede dispensat. Ex hoc patet quod iste
actus principalis videtur esse principatuum. Sed hoc
dicit beatus Bernardus 19o sermone super
cantica: in thronis sedet deus et puto quod
in hiis potestatibus sedet omnes qui memorati
sunt et iustior causa et copiosior sit materia
diligendi. Etenim sicut in terris solis regibus
quod pallatis nomine completum sit tellus simp-
lis. Sub hoc dico regia sedes et eminet po-
sita retinetur et non est necesse dicere ubi rex
sede solitus sit. Nimirum more magestatis et
curie sedes eius tanto altior eminentior
quam sedibus. Sic quod ad decorum ornata tantum
aliis ceteris nimium potestatibus istos intellige. In
quibus specialiter quodam stupente digna-
tionis munere divina eligit residere maiestas
que secundo magisterium significat. Et puto
illum qui venit est nobis magister. In celo et

in terra Dei sapientiam eius. Cum alias ipsa
usque attingat ipse sicut mandatum specialius
ut ipsos atque principaliter tibi ipsa sol sua
illustrare pictura et inde tibi de seraphim admini
culo docet angelum docet hominem super. In ange
lis divorum notitia iudiciorum archangelis
ibi ministris audiunt quomodo et ubi et qua
lia prestant signa. Videtur vinque sunt
dominationes distant profecto quid et officio
debeant quid pro dignitate proximae et
precipue cunctis omnibus est accepta potestate
ad ipsam voluntatem vel gloriam non ab
uti. Ex ista auctoritate sequuntur quatuor con
clusiones. Quarum prima est quod throni dicuntur
a dignitate et ornatu regali et non ab actu
iudicandi quod est contra Gregorium. Secunda est quod
throni dicuntur ab auctoritate magisterii.
Quod duobus modis videtur esse indecens
primo scilicet quod auctoritas magisterii magis de
bet attribui plenitudini scientie hoc est che
rubyn. Secundo autem quod magisterium non est actus
contemplationis in deum sed potius conversionis ad
inferiora. Tertia conclusio quod omnes inferiores or
dines ex aequo videntur ordinari ad thronos
quod est inconveniens quia sic [illegible] tertio me
die ierarchie et postreme. Quarta conclusio est
quod thronorum videtur esse immediate conclusio sup
periorem quod etiam convenit postreme ierarchie.
Item beatus Bernardus in tertio sermone dicitur
a thronis deus ob obedientiam magne sapi
entie sunt iudicia super [illegible] et vincunt
que [illegible] docet de omnibus. Ex hoc iterum
accipitur quod throni dicuntur ab auctoritate magis
So terii. Solutio dicitur ut beatus Bernardus in V. libro
de consideratione ad Eugenium papam quod throni
dicuntur eo quod sedeant et eo sedeant quod deus
sedet in eis nec non sedere in eis qui non sede
serenitatem rit posset. Quaeris quid illa sessio [illegible]
ne summam tranquillitatem placidissimam seri
tate pacemque [illegible] intellectum

talis est qui sedet in thronis dominus sabaoth
iudicans omnia in tranquillitate placidissima sere
nissima placatissima. Et tales se exhibent thro
nos simillimos sibi et terra que tangit omnia
importat quiete vel tranquillitate placidissimam
id est dicit quiete voluntatis in volito in quo
pascitur serenissimam autem dicit quiete intel
lectus in lumine divino et dicit placatissimam simi
est quies in aere et hec est cum aer non con
turbatur nubibus nec ventis agitatur. Sic
est intellectus immote quiescens in lumine di
vino qui non circumfertur omni vento doctrine
nec obscuratur nube speculi et enigmatis
et fantasie placatissimam autem dicit quiete
venientem ab expurgatione culpe et miserie. Di
cendum ergo ad primum quod iudicare non est actus
proprius thronorum sed est actus communis scilicet mul
tis superioribus inferioribus sunt superiores vel pos
set dici quod iudicare habet duas comparationes
unam scilicet ad eos qui iudicantur et aliam ad
auctoritatem iudicis que cognoscitur in thro
no. Et in ista secunda comparatione attribuitur thro
nis iudicare et non in prima. Ad aliud dicendum
quod intelligit de iudicio gubernationis nec hoc
est principatuum sed potius dispositio principatu
um gentis. Ad id quod obicitur ex auctoritate
Bernardi [illegible] quod throni dicuntur a dignitate
sedis regalis ut a proprietate prima et ab actu
iudicii ut a proprietate simplici. Ad aliud dicendum
quod throni habent diversas proprietates et mihi
describet secundum unam proprietatem thronum esse digni
tatis secundum aliud thronum esse magisterii. Magis
terium id est in comparatione ad facultatem docendi
refertur ad plenitudinem scientie sed in compara
tione ad auctoritatem que cognoscitur in cathedra
est proprium thronorum. Magisterium autem aliud
consistit in illuminatione inferiorum. Ad aliud
dicendum quod inferiores ordines non immediate co
aptantur ad thronos sed per hoc intendit Ber
nardus quod omnium inferiorum [illegible] est ad sedere
in thronis ut ad primum illuminatorem quod licet

etiam superioribus conveniunt sed hic non ab hoc
denotatur sed a nobilioribus donis ut inferius
patebit. Est aliud dicendum quod de thronis
deus docet omnem suam sed non recipiunt quod
sua immediate descendunt de thronis in
inferiores primo unguentum quod descendit de omnibus
fluit de capite in barba et de barba in
oram vestimenti. Et ultimum patet per predicta
Secundo queritur de proprietatibus thronorum
quas tangit dyonisius in de celesti
ierarchia capitulo 7o. Sed ipsam altissime
et separate sedium nominans docet omnino dili-
genter exaltati ignominia subiectionis et ad super-
mum supra mundane superius ferens et ab omni
extremitate inconfusibiliter in sublimissimum
et ita vere excelso totis viribus immutabiliter
et stabiliter collocatum et divini supra adventus
in omni impassibilitate immaterialitate acceptivum
et deiferum et familiariter in divinas susceptiones
apertum. Queritur ergo primo quid sedes ille dicitur
separate ad comprehendendum quod sit maximum. Est quid
dicatur ignominia subiectionis et a qua exal-
tantur. Si non est virtutes condicionis vel po-
testati hoc videtur convenire altissimo ordini scilicet
seraphim quam thronis. Tertio queritur quid di-
tatur extremitas. Item penes quid proprietates
sumantur. Utrum sedes throni ponantur regi et
media et inferiora queritur quare non assignetur
diversas proprietates penes illa. Solutio di-
cendum ad primum quod sex proprietates assignate
a dionisio omnes accipiuntur a proprietatibus
throni regalis illi non conveniunt collocari in
alto et ordinari et per patet quod ad susceptionem
sessionis regis sicut patet in auctore Bernardi
super meditationem unde tres secundum proprietates pertinent
ad collocationem thronorum et tres ad sus-
ceptionem sessionis regalis. Tres autem que
pertinent ad collocationem sunt prime. Due
[et respiciunt] recipiunt terminum a quo removentur cum collo-
cantur in alto. Una non respicit terminum tantum quod
collocatur in alto. Thronus quidem regis primo 1
quidem removetur a scabellum ignominia igno-
minia scabelli cum in spiritualibus respondet ex-
altatio ab hiis qui intendunt in infirma
materie et imitationis et hec est illa quam
vocat omnino diligenter exaltati ignominia sub-
iectionis et sum quicquid dicitur ibi ignominia
progressus tendens ad infima et per hoc patet
plura ad 2m. Alia non respicit terminum quem de- 2
extremitas sicut thronus regis non exaltatur
tantum supra scabella sedentes sed et supra sedes pote-
tum cui respondet in spiritualibus exaltatio supra
eos qui quicquid quibus illuminationibus divinis
sed non recipiunt eas in inferiores angelos et homines
prima sed quasi in gradu secunda sicut infe-
riores et homines angeli qui non accipiunt im-
mediate a deo. Et hec proprietas 2a tacta
a dionisio cum convenit quidem scilicet quod locatur
extremitate tertia vero in inconfusibiliter in sublimis-
simum. totis viribus immutabiliter et stabiliter
dicitur [ineffabilis] quantum ad dimensionem divine beatitudi-
nis in qua collocantur sublimissimum autem
dicitur quantum ad modum recipiendi illumina-
tiones ab ipso deo immediate et locum in illa
totis autem viribus dicitur quantum tollitur omnes
virtutes ad deum quod sit locus dei scilicet intellectus et
affectus et immutabiliter per confirmationem
liberi arbitrii stabiliter autem per invariabilitatem
gratie. Et hec quidem tria sunt intronisationis re-
gis maxime. Thronus non ille inconfusibilis
est quantum ad amplitudinem imperii et potes-
tatis et secundum altitudinem dignitatis et loci
est in sublimissimum quantum autem ad fulcimenta
principia continet virtutes in ipso et tunc
exigitur immutabilitas corporis super quod
sedet et stabilitas corporis sua. Tertia proprietas 3
non accipitur penes id tamen quod collocatur
in alto et hec est proprietas 2a tacta a
dyonisio scilicet ad summum supra mundane superius
ferens et licet hec conveniat seraphin
tamen hec non manifestat nomen eius sicut

nomen thronorum. Nec est hec dignissima proprie-
tas eius. Et per hoc patet solucio ad tria ob-
6 iecta. Alie tres proprietates sunt susceptionis seu
sessionis dei, qui modi aut sunt in aptitudine
selle ad sedentem, et est proprietas sexta que est sin-
gulariter in divinas susceptiones aptitudo. Aut sunt
4 in ipsa sessione, et est proprietas quarta quia est
deum super advectus in omni impassibilitate et in-
materialitate, quia enim materia multum impediat for-
mam, est enim in materia quasi locus forme.
Et ideo dicit ysidorus quod tales quasi sedes divine
potencie in materia et loco fulciuntur, non esse sedes
proprie. Et ne sic intelligatur in divinis quod
throni fulciant deum dicit in omni materialitate.
Dicitur enim philosophus anima secundum potencias pas-
sivas et apprehensivas dicitur locus specierum cognos-
cibilium. Ne ergo credatur quod throni sic re-
cipiant deum per speciem et non in mente, propterea
5 dicit in omni impassibilitate. Quo autem modo
possunt considerari modi sessionis secundum ac-
tum sessionis tendentis in sella (sedentis; sella)
et ille actus sequens est sedi in thronis.
Et sic est proprietas quinta que est desertum.
Et sic patet solucio ad obiecta preter primum
et ultimum. Dicendum ergo ad primum quod capacitas
dicitur sedes propter consolidacionem intellectus
et voluntatis et liberi arbitrii informacionem
ad hoc quod per tranquillitatem sit locus dei. Ad
ultimum dicendum quod thronus proprie pertinet ad
regem, tribunal vero ad iudicem, cathedra
ad magistrum. Et sic thronus dicitur magis vel
iudicans. Hoc etiam per adoptionem sicut loquitur
beatus Bernardus, sed beatus Dionysius considerat
thronum proprie magis proprie regis est.

Deinde queritur de istis tribus ordinibus
prime ierarchie in genere. Et queritur
penes quid accipiatur et qualiter
ordinentur. Videtur enim quod possint esse plu-
res, sicut enim penes caritatem est ordo unus
sic penes alias virtutes videntur debere

accipi alii ordines. Si vero dicatur quod non omnes
virtutes dicunt immediatam coniunctionem in deum,
tunc ad minus penes fidem et spem et sapienciam
et intellectum debent sumi alii ordines. So-
lucio. Ad hoc dicendum quod ordines isti accipiuntur
non penes virtutes sed penes modum conver-
sionis in deum immediate. Hic autem modus
non est nisi triplex scilicet penes aptitudinem et
penes actum duplicem. Aptitudo autem suscep-
tionis divine notatur in thronis. Actus autem
est unus secundum intellectum qui convenit cheru-
bin et alius secundum affectum qui convenit seraphin.
Vel dicitur melius quod tres ordines accipiuntur
secundum tres modos participandi bonitatem divinam scilicet per i-
ec... per potenciam rationabilibus et per esse et
cognoscere et per affectum in ipsum, quare cum omni-
bus sanctis et solum in ordinibus primo prime ie-
rarchie unusquisque horum modum reducat in suum
summum. Et ex hoc patet quare ordo prime ie-
rarchia totum potestatum scilicet ad tres ordines
questos in prima ut supra declaratum est per diui-
sionem boni et porrectionem anime et ordinis.
Et ideo summus ordo est qui tenuit (attingit) hec tria et
ille est seraphin, quia ubique est plenitudo ardo-
ris, nichil diligitur nisi cognitum. Ibi eciam
est plenitudo cognitionis et plenitudo habendi,
sed non convertitur. Sicut ubicumque est plenitudo
cognitionis ibi cognoscibile est locatum in
cognoscente et habetur aliquo modo sed non convertitur.
Et hec est eciam racio quod dionysius dicit
quod inferiorum dona sunt superiorum excellenter,
sed non convertitur.

Deinde queritur de ierarchia horum. Secundo
et queritur de hoc primo quod dicit
dionysius in hac ierarchia sunt conformes
esse tamen non videtur esse quod unus ordo sit al-
cior et alia inferior. Secundo queritur de hoc quod
dicit dionysius quod prima celestium generatio dis-
posita in circuitu dei et circa deum immote
est stans. Et sum ter et incessanter circumiens
eternam eius scienciam secundum excellenciam quam agens

est possibile semper mobile collocari In istis
n. aliis vero est continuatus ut dicat circa stare
et circue Postea queritur quis sit motus circu-
laris quo articulum Dicitur in de divinis nominibus
capitulo quarto distinguit motum angelorum circularem
et rectum et obliquum ergo videtur quod hic minus
sufficienter declarat motus istius ierarchie
in deum Solucio queritur de proprietatibus quas
assignat isti ierarchie Quarum prima est
quod multas et beatas videt pure contempla-
tiones Secunda quod simplices et inmediate splen-
dores videt Tertia quod est illuminata et divino ali-
mento repleta Quarta quod replecta cum multa
quidem primo data suppositione sola quidem deiformi
et unifica divine [illegible] vite Quinta
quod multa communione dei et cooperacione digna
effecta adeo ut possibile similitudine bonorum
habitudinum et actionum Sexta quod multa
divinorum superposite cognoscentis divine scientie et
cognitionis in participacione secundum quod fas est
facta Queritur ergo quo distinguntur iste
proprietates eo quod multe videntur eedem cum
80 aliis Solucio dicendum ad primum quod eo
formes sunt in actu proprio ierarchie quod est
conspicio in deum per acceptacionem illuminationum im-
mediatam In modo autem cuiuslibet habet
actus proprios in ordinibus autem supradictum est
Ad aliud dicendum secundum commentum quod secundum id
quo immortaliter est circa stare dicuntur secundum
id vero quod accelerat in deum circue dicuntur
Ad aliud dicendum quod motus circularis est qui est
perpetuus et incorruptibilis et simpliciter ab eodem
ad idem circa idem centrum immobile Et propter
hanc similitudinem dicuntur illi qui sunt supre-
+ morum ierarchia motu circulari quod a deo
moventur in deum motu proprio et simplici et
quorum intelligentie dicuntur circa subiectum eius
hoc autem inferioribus ierarchiis non convenit quia
non penitus procedunt ab eodem et idem quod il-
luminationes recipiunt ab angelo Et per illa
reducuntur in deum Ad aliud dicendum quod

intelligentia circa hunc motum sed tamen unus circu-
li motus circularis est primus ierarchie proprie quia
[illegible] dicit inmediatam conversionem in deum sicut
patet ex ipsis diffinitionibus motuum quas ponit differentia motus circularis in ierarchiis
in de divinis nominibus capitulo quarto sic moventur quidem
dicuntur divine mentes circulariter quidem unite
sine principio et interminabilibus illuminationibus pulchri
et boni Et dicit unite propter simplicitatem mo-
tus et sine principio propter hoc quod non principi-
atur ab aliquo creato Et interminabilibus propter hoc
quod habent rationem finis et principii quarumlibet
illuminationum divinarum Et dicit proclus quod omne
aliud quod sic est finis quod habet rationem
principii quarumlibet illuminationum divinarum [illegible]-
trabile inditum aut movetur quod producit
ad subiectorum providentiam recte circa omnia
[illegible] Et dicunt subiecta omnia creata
que sub providentia providentur [illegible] non [illegible]
ab eodem in idem sed significant motum intelligen-
tie super eam de uno in aliud processus ad si-
militudinem recti motus in natura Oblique
autem sunt et providentes minus quibus ingres-
sibile manet in complexitate [illegible]
causa pulchrum et bonum inaspicientes circa
[illegible] agentes circa sunt quasi confusione inferiorem
quibus providentur quarum reflectantur in principium
et finem pulchri a quo et per quod omne pul-
chrum est mensuratum Ulterius queritur quod proprie- [illegible] 6
tates ierarchie distinguntur secundum diversitatem recep-
tionis in intellectu vel in affectu vel operatione
vel quantum ad omnia hec patet et secundum intel-
lectum quidem accipitur prima et secunda et ultima et secunda
quidem est secundum proprietatem illuminationis ipsius prima
autem secundum contemplationem dei in illuminatione illa ultima
non quantum ad unum salutem et modum suscepti et
reductionem ipsius sicut in scientiam divinam et hec tamen
notatur per hec tamen verba posita in sexta proprie-
tate non est salutem notatur per hoc quod dicit multa
divinorum Modus autem per hoc quod dicit super-
posite cognoscentis Non enim cognoscit ut

ut media et infima. Ordinatio autem ordinum fac
notatur per hoc quod dicit divine scientie et cogni
tionis in participatione secundum quod fas est fieri. Si
autem est secundum affectum tunc est operatio extrema que con
sistit in infusione bonitatis sicut infunduntur
domestici qui sunt in superiori domo habitantes
cum domesticis cuncte bonitatis sicut supra
dictum est a dyonisio. Illa autem infusio univer
sit eos quod coniungit ad primum unum simplex
et indivisibile. Et in unitate et simplicitate
resistit per dulcedinem fruitionis. Si autem est
secundum intellectum et affectum simul tunc est operatio 3a
que consistit in illuminatione et alimento bonitatis
divine replente affectum et vegetante ipsum in
vitam beatitudinis. Si vero est secundum motum et secundum
intellectum et secundum affectum tunc est quia tunc
prima potentia consistit quod superiores in hoc coopera
tores dei efficiuntur quia illuminant inferiores
sicut deus. 2a autem potentia ejus consistit in
similitudine ad deum in bonis habitudinibus
et actibus secundum intellectum et affectum. Hanc autem
ierarchiam diffiniunt quidam vocantes eam
epiphaniam. Et dicunt quod est in celestibus
affectionis medio alterius intellectus subjectis
ordinum libera et specialis distributio. Et me
dia ierarchia dicitur est hyperphania et est
divina illuminatio per principes in fidelium re
verentia insignes ipsius divinitatis edocens
actio. Est tertia infima autem vocatur ypophania
que est divina participatio natura legi
bilis actionis secreta revelans per temporale
districta. Et quia hec verba nec secundum sensum nec
secundum verba scripta sunt in dyonisio nec in
bernardo nec in gregorio ideo tamquam spuria
et inutilia abicimus.

Media Ierarchia

Consequenter descendendum est ad mediam
ierarchiam. De qua dicuntur duo scilicet
de ordinibus in ea positis et de ipsa
ierarchia. De ordinibus dicuntur duo scilicet de
ordinibus in speciali et de ordinibus in genere.
Et de ordinibus in speciali dicuntur tria

scilicet de dominationibus virtutibus et potestatibus. De
dominationibus dicuntur duo scilicet quid sunt et de
proprietatibus eorum.

Dominationes

De primo procedit et dicit dyonisius in 8o
divinis nominibus capitulo duodecimo. Dominatio
est non a peiore tantum superari sed et omnis
et pulchrorum et bonorum perfecta et omnimoda pos
sessio vera et cadere non valens fortitudo. Cui
libet ergo secundum hanc diffinitionem dominatio
convenit dominationibus. Et videtur quod non quia non
est in ipsis perfecta et omnimoda possessio pulchrorum
et bonorum sed fortitudo que est et vertitur
cadere non valet sola fortitudo divina. Ergo
videtur quod non conveniat dominationibus. Preterea
dicit gregorius quod dominationes dicuntur agmina
que potestates et principatus dissimilitudine alta
transcendunt quia mira potentia preeminent et
pro eo quod eis cetera multitudo ad obedi
endum subjecta est dominationes vocantur. Et
ex hoc videtur eis dominus dicitur velud ad primum
quod cetera multitudo sit sua dominatione. Item
gregorius sicut nonnulli qui sic in semetipsis
cunctis vitiis omnibusque desideriis dominantur
ut ipso iure munditie dii inter homines vo
centur quibus ergo ista imperium inter suos domi
nationem tenuit. Ex hoc videtur quod dominationes
potius debent dominari a dominatione quam a
dominis. Item beatus bernardus 19o sermone
super cantica dicit quod isti angeli tempore pa
in speculationis contemplatione semper nimis sed supito
rapti in id divine claritatis tam ingens pe
lagus tamquam in serenum quod in me
tranquillitatis cum tanta pace et securitate
fruuntur ut de sedibus illis preeminentia peregri
nationis tamquam de dominantibus misterie et
militie videat cetera multitudo. Ex hoc
videtur esse contra predicta quod habitum est quod
etiam sicut tamen contemplacionis est prime ie
rarchie. Similiter secundum tranquillitatem videtur
potius convenire thronis quam dominationibus.
Item bernardus ad Eugenium quarto putes
dominationes adeo cunctis preeminere ceteris
ordinibus ut respectu horum cetera omnes

videantur administrantibus spiritibus Et ad istos tres ad
dominos thronos: virginia principatuum virtutum
potestatum operaciones aliud reuelacionis archange
lis atque et prudencia angelorum Ex hoc videtur
quod inferiores ordines per officiorum reddunt domina
cionibus Et ad hoc dominaciones dicuntur Et hoc
videtur magis quam racio proposita quam racio do
Solutio minum Solucio dicendum quod perfectio dominium do
minacionum dicitur secundum primam diffinicionem datam
a Dionysio in de diuinis nominibus tria scilicet
ex verbis sancti de substancia domini perfecti scilicet ut exceptus omni
deprimencium in seruitute sui secundum obliga
cione materie sicut Orient dicit philosophus quod natura
humana multipliciter est ancilla et propter
obligacionem quam habet ad corpulentiam materie
dominatur ei miserie et incommoditas omnes et
sic similiter excellentie adicimus scilicet quod est seruiens
in hominibus sine causa scilicet secundum [illegible] nature
ex hoc quod subicit se peccato voluntarie Hec autem
tria vocat Dionysius peyora que excedit perfec
tum dominium Item ad perfectum dominium exigit
ut ad minus habeant omnia pulchra et bona
ex quibus habet collocari super alia Et hoc
tangit Dionysius in alia parte diffinicionis quod
est omnis pulchrorum et bonorum perfecta et eadem
possessio 3o exigitur ad perfectum dominium virtus
viis tuis. Et ysaias super muros tuos
Ierusalem constitui custodes etc. Et iuxta illud
Urbs fortitudinis nostre Syon salvator ponetur in
ea murus et antemurale. Ubi glossa per presidia
angelorum. Et quia de hoc multe auctoritates sunt
iste sufficiant pro racione. Item probatur quia dicit
dionysius quod lex divinitatis est per prima media ad
ultima reducere. Cum ergo [illegible] sit propria illuminacio
que sunt a primis media reducere debet reduci
natura humana per angelos qui prima [illegible]
illuminaciones [illegible] percipiunt. Item illa que sunt fidei
ultra racionem sunt et non perfecte videntur in
speculo et enigmate. Sed ipsi angeli perfecte
sciunt et in specie cognoscunt videtur quod necessaria
sit hominibus revelacio angelorum. Preterea multa
sunt circa homines que homo non potest cogno-
scere scilicet insidie divine et insidie malignorum
hominum ergo quo ad illa videtur esse necessaria
custodia angeli. Queritur hoc utrum quilibet
homo habeat custodiam angelorum si non peccasset.
Et videtur quod sic quia adam ante peccatum
habuit angelum malum ad exercicium ergo multo
forcius non pronior est deus ad salvandum
quam ad iudicandum habuit angelum bonum ad
custodiam. Item qui potest cadere indiget
custodia sed homo in primo statu potuit cadere
ergo indiguit custodia. Preterea ordines ange-
lorum distincti fuerunt ante peccatum hominis non
ergo novi quidem insidere ordinum dicuntur actus
ministrorum in nacionibus suis et custodie videtur
quod homo deputata custodia ante peccatum. Sed contra
dicitur in genesi quod adam in primo statu vi-
dit deum sine medio ergo in ipso vidit quidquid
agendum fuit et ita non indiguit angelo minis-
trante vel custodiente. Queritur hoc utrum quilibet
homo habeat angelum bonum ad custodi-
endum si non peccasset angelus malus. Et
videtur quod sic angelus enim bonus non tantum cus-
todit a machinacionibus demonis sed a fra-
gilitate peccati et a decepcionibus fantasie
que esset eciam si angelus non peccasset
multo minus ordines angelorum esset ipsius
officiis constituti et distincti et in quidem eorum
in officium quod racionem illud circa homines eciam
si demon non esset. Solucio dicendum ad
primum quod necessaria est angelica custodia
hominis tum propter dignitatem tum propter debilitatem
humane nature dignitas enim hominis in hoc
cognoscitur quod deus curam habuit pro digna

estimat ut pretor ad insidentibus officiis deputet ceteros ordines angelorum et hoc tangit
Iheronimus super illud angeli eorum semper vident faciem
patris sic dicens magna dignitas animarum ut unicuique
libet anime sit deputatus angelus ad custodiam a
principio formidis sic debilitas aut est
ex ignorancia agendorum et inbecillitate perficiendi
ea que agenda cognoscit Ad primum ergo dicendum
quod quamvis humana sit que est equalis angelo
et sim quod fidei sim eius relacionem ad finem
est equalis sed sim naturam qua ordinatur
ad corpus et sim suas operaciones quas habet
in via est inferior ut in questione de differentia angeli
et anime dictum est propter hoc ipsum patet solucio
ad sequens Ad aliud dicendum quod eciam si gracia
plurimum elevat hominem quod deprimitur adhuc
in corpore est necessaria custodia angelorum
licet non quodlibet elevacionem fortis sit dele
nando quam deprimens indeprimendo sed sim
quod elevancia deprimitur quaeque nostre nature
que debilis est et obliviata inde peccato
nature est ea multiplicat Ad illud quod
queritur contra hoc dicendum sine preiudicio
quod forte custodiam angelorum eciam si non
peccasset Cum tamen sint racioes quare via
est quod custodia est mediancia perservativa
vero debuit exhiberi ante peccatum Alia racio
et potior est modus descendendi illuminacionem
sicut non dicit beatus Bernardus in 5to ad Euge
nium homo contemplativus per ea que facta sunt in quibus
multe sunt meriti deceptores propter quas ne
cessaria est illuminacio desuper veniens ab an
gelis qui per speciem contemplantur 3a racio est
mobilitas liberi arbitrii mei neque est non
angelus tenens et custodiens ne cadat et
experientia pluries potest de parvis cupidie ambu
lare cui necessaria sustinencia sunt ne cadat
sicut est de libero arbitrio procedere ad actum

in possibilitate peccati Ad illud quod obicitur
contra dicendum quod qui dicitur quod Adam vidit
deum sine medio intelligitur quod quamvis pro natura
medium neque peccatum vero non sequitur quod in deo
vidit quidquid agendum erat et eaque ibi
templabatur per racionem Ad quod vero
queritur utrum angelis non peccarent Christo esset
custodia angelorum bonorum dicendum quod videtur
nobis quod sic racionibus dictis

Secundo queritur de effectibus custodiarum
et convenit assignari duodecim anima
effectus quorum primus est excitare et pelle
a viciis et a morte Circa primum est quod fortem
et hoc habetur 3 regum 19 ubi angelus
dixit ad Heliam surge et comede et ecce ad
caput suum subcinericium panem comedit
ergo et bibit et rursum obdormivit iterumque est
angelus 2o et tetigit eum et dixit surge
et comede grandis tibi restat via qui
cum surrexisset comedit et bibit et ambulat
in fortitudine illius cibi quadraginta diebus
et quadraginta noctibus usque ad montem dei
oreb 2o quod docet Dominus Sed hoc est quod
dicitur Thobie 3o demonium abigere me
ipse apparuit Tercius est docere sicut angelus
docuit Daniele ut habetur Dan nono ubi
dicit angelus Daniel nunc egressus sum ut
docerem te et intelligeres ab exordio in
principio tuarum egressus est sermo ego autem
veni ut indicarem tibi quia vir desideriorum
es Idem eciam capitulo 10o capitulo et ibidem
habetur quod angelus confortat Danielem 4tus
est consolari ut Thobie 7to forti animo esto
in proximo est ut a deo cureris Et appa
ruit eciam angelus qui sunt plus filio
dei cum pueris in camino ut habetur in
Daniele Sextus est revelacione secreta
ostendere scripturam de hoc habetur in genesi ubi
angeli ostenderunt se Abrahe et vnum

coram dixit vero relacione possum abraham quod fu-
turus sit et futurus sit in gentem magnam
et robustissimam et benedicende sunt in illo
omnes naciones terre Sepius est adiutorium
contra hostes de quo habetur ysue 21° cum
egressus angelus domini percussit in castris
assiriorum centum octoginta milia Sepius
est increpare pro delictis vel omissis et
secundum hunc modum angelus qui apparuit moysi
in rubo increpauit eum quod recederet ac-
cedit exodi 3° dicens ne appropies huc sed
solue calciamenta de pedibus tuis locus
in quo stas terra sancta est Et Josue 7°
ubi dicitur cum esset Josue in agro urbis
iericho leuauit oculos et vidit virum stantem
contra se et euaginatum tenentem gladium per-
rexit ad eum et ait Noster es an aduersariorum
qui respondit Nequaquam sed sum princeps exercitus
domini et nunc venio Cecidit Josue pronus in terram et
adorans ait quid dominus loquitur ad seruum
dixit Solue calciamenta de pedibus tuis
locus enim in quo stas sanctus est et de hoc iudicum
habetur sic ascendit angelus domini de galgala
ad locum flentium et ait Eduxi vos de
egipto et induxi vos in terram pro qua iuraui
patribus vestris et pollicitus sum ut non facerem
pactum meum irritum vobiscum in sempiternum Ita
dumtaxat ut non feriretis fedus cum habitatoribus
terre eius et aras eorum subuerteretis et noluistis
audire vocem meam Cur hoc fecistis
quamobrem nolui eos delere a facie vestra
ut habeatis hostes et dii eorum sint in ruinam
vobis Tercius est impedimenta ad bonum
auferre et hoc significatur exodi 12° ubi
angelus domini percussit primogenita egipti
remouit obstaculum egressionis filiorum
israel de egipto Et malachie 3° Ecce
ego mitto angelum meum qui preparabit
viam meam ante faciem meam Et in psalmo
fiat via eorum tenebre et lubricum et angelus
domini persequens eos et psalmus fiat sicut puluis
ante faciem venti et angelus domini coartans
eos In quo intelligitur exclusio machinacionum
malignorum hominum contra iustos Quartus est ducere
et reducere in viam de quo habetur tobie 5°
dixit thobias ad angelum Numquid poteris
perducere filium meum ad gabelum in rages
ciuitatem medorum et dixit ei angelus omnia
tamen medorum Et dixit ei angelus Ego
ducam et reducam sanum ad te filium tuum et tobias
inquit Credo quod angelus domini bonus comitetur
eum et bene disponat omnia que circa eum geruntur
ita ut cum gaudio reuertatur ad nos Quintus
est temptaciones mitigare et hoc est significatum
gen 32 ubi legitur quod iacob luctatus est cum
angelo ex qua lucta tamen confortatus est sed claudi-
cabat contra temptaciones demonum et confortatus
contra fratrem quod est typus temptacionis a mundo
venientis et tetigit neruum in femore quod est
locus delectacionis et per hoc mitigauit temptacionem
a carne venientem De hoc eciam habetur
in ozee 12° In fortitudine sua directus est ad
angelum et inualuit ad angelum et confortatus
est fleuit et rogauit eum Sextus est
orare et oraciones deferre de hoc habetur tobie
12° cum orabas cum lacrimis et sepeliebas
mortuos et derelinquebas prandium tuum et
mortuos per diem abscondebas in domo
tua et nocte sepeliebas eos ego obtuli
oracionem tuam domino Isti autem effectus vel
applicacio hoc modo duo requiruntur ad
perfectam custodiam scilicet exclusio mali et adiec-
cio ad bonum penas exclusionem mali
premittitur sciendum Est enim malum duplex scilicet
malum culpe et malum pene et dis-
positio ad malum tam culpe quam pene
Malum autem culpe comprehendit duo

in prima causa instigante et movente ad quam
vel in se sive ex parte ipsius effectus qui est absolvere
a vinculis peccatorum. Si autem consideratur
in causa consideratur duobus modis scilicet per se
ipsum instigante et penes ipsum movente per se
primum accipitur 3us effectus qui est arcere demones
penes secundum vero undecimus qui est mitigare
temptaciones. Si autem consideratur conclusio mali pene
hoc contingit duobus modis penes duplicem
consideracionem pene. Consideratur enim secundum suam
prolacionem et secundum suam necessitatem. Et penes
primum est effectus septimus qui est adiutorium
contra hostes per quod excluditur pena secundum
prolacionem. Penes secundum autem accipitur effectus quintus
qui est consolari afflictum ne pena illata sibi
noceat per precipuam desperacionem vel per nimiam
tristiciam. Si est dispositio ad malum hoc est
illis duobus modis aut enim disponit directe
ad malum sicut peccata venialia et indevocio
et ingratitudo. Et penes contrarium illius acci-
pitur effectus octavus qui est increpare de
delictis et indevocione et ingratitudine ut
in auctoritatibus inductis. Aut disponit indirecte
per impedimentum boni et penes exclusionem
illius accipitur effectus nonus qui est removere
impedimenta. Si autem est secundum conductum
ad bonum aut illud est ex parte intellectus
aut ex parte affectus. Et si ex parte intellectus
aut est de hiis que agenda sunt. Et pe-
nes hoc accipitur effectus quartus qui est docere
secreta aut de specialibus et pertinentibus
ad iocunditatem et familiaritatem. Et penes
hoc est effectus sextus qui est revelare secre-
ta et ostendere signum. Si autem est ex parte
affectus sive gaudeat [illegible] aut enim est secundum
statum affectus qui non est in proposito robore et
penes hoc est effectus secundus qui est confor-
tare ad fortitudinem aut confortare ad fer-
vorem aut secundum statum affectus in robore relato ad

opus. Et penes hoc accipitur decimus effectus
qui est viam ostendere et ducere et reducere aut
penes effectum ordinatum ad finem sive generaliter
ascendendo et penes hoc accipitur effectus duode-
cimus qui est oraciones et devociones nostras offerre.

Circa quintum de modo custodiendi. Et
sumitur auctoritas beati Bernardi in quarto
ad Eugenium: in quo angeli suggerunt
bona bona non ingerunt; in quo hortantur ad
bonum non bonum creant. Et hoc videtur
quod angeli sunt modis et suggerunt et hortantur
ad bonum. Contra hoc videtur falsum quod dicit
quod non est bonum ingerere non sit contra
sicut quod angeli ingerunt illuminaciones puras. Hoc
contra dicit beatus Bernardus ibidem quod
angelus est ad animam sicut deus in anima ille ut
gubernator anima est sicut deus ut vita ergo videtur
quod angeli possunt esse in corpore licet non in anima.
Et si hoc conceditur tunc queritur per quem modum
sunt in corpore. Contra videtur quod non sunt in corpore
quia dicit beatus Bernardus super psalmo ponit ex-
emplum credimus angelos astare orantibus
et offerre deo preces et vota hominum ubi non
sine ira et disceptacione levari puras manus
prospexerint. Quia videtur quod astant et non in se per
totam vitam quod custodiendo et colligendo in pal-
lacia custodiat quia dicitur in textu simile ista
illos ambages qui generaliter in palacia col-
ligunt quod letamen insterquilinio custodiunt et ergo
custodiendo et colligendo post mortem videtur
custodire. Quorum autem modis custodiunt sicut ex
scriptura a notiviis videtur. Unde a propheta vobis
dicitur: angelis suis mandavit de te ut
custodiant te in omnibus viis tuis. In mani-
bus portabunt te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum etc. Solucio dicimus quod modus
custodiendi est in suggerendo et hortando sicut
dicit beatus Bernardus suggerunt autem et
hortantur per illuminaciones quas ingerunt animabus
ut per ipsum dictum. Quod autem queritur utrum sint

marie vel extra assent hominibus dicendum quod idem
quod possibile est Et si queritur per que modum
sunt intus dicendum quod ut operantes super vires aut
passiue eum commouent corpora et imprimunt species
ut supra dictum est Ad hoc autem quod obicitur
de visitatione et collatione dicendum quod custodia est
uniuersalis modus est custodie et est post vi
tam illa sed potius obsequium quod ex affectu prestant
tant per angeli ei qui suggestioni et exhor
tatione angeli custodientis dum viuet subditus
operatur Ad hoc autem quod obicitur de pede
dicendum quod in manibus portare est in defensione
angeli permanere ne per offendiculum id est per
scandalum vitiorum offendatur et ad lapi
des id est ad duros et frigidos peccatores

Vtrum queritur utrum dignitas custodiatur
Et videtur quod sic ex auctoritate Ieronimi
supraposita et preterea non est magis ratio
de uno quam de alio Sed contra nichil
ordinat deus nisi ad bonum sed custodia
angelorum in presito ordinatur ad maiorem
dampnationem eius ergo videtur quod deus sibi non
ordinat custodiam angeli Preterea nichil
facit deus inutile presitus autem non potest saluari
et ita inutilis esset ei custodia angeli et
ita non ordinat eam sibi deus Item hoc
uerum queritur utrum dei filius habuit angeli
custodiam et videtur quod sic Mathei iiii capitulo dicitur
quod accesserunt angeli et ministrabant ei Et
luce 22o apparuit ei angelus domini confortans
eum Preterea hoc videtur ex verbis dionisii
supra positis et sunt in quarto capitulo celestis ierarchie
quod angeli primum docentur humanitatis misterium
et sic nos per ipsos descendit Sed contra super
illud Mathei quarto Scriptum est quod angelis
suis mandauit de te etc dicit glosa quod
dyabolus male interpretatus est dicendum de capite
quod de membris dictum erat Preterea glosa
alia ibidem de auxilio angelorum quasi

ad infirmum loquitur ergo videtur quod non conue
nit angelum custodiendo Preterea id non re
quirunt et quod conueniunt reputantur sed Christo quod competit
conuenit angelus ergo non conuenit ei conuenit
ab angelis sed custodire conuenit ergo Christus
non custodiebatur ab angelis Ad hoc solutio
dicendum quod Christus secundum humanitatem habuit cus
todem angelum Sed contra hoc est quod non
potest deuiare non indiget custode in uia
sed Christus non potuit deuiare
ergo non indiget custodia Iuxta hoc
queritur utrum de antichristo utrum ei deputa
bitur angelus Et videtur quod non quia dicit
glosa super Actus duodecimo capitulo super id Nec
quemquam dereliquit quin habeat aduersus
consurget deus autem unicuique tam ... In lo
co ueniet diabolus sicut dicit glosa super ...
vel ubicumque sunt antichristus Ex hoc accipitur
quod antichristus diabolum habebit in ipso et
ita videtur quod non habeat presidium ange
lorum Item accipitur ex alia glosa que dicit
quod commissus demoni in utero matris ...
et post natiuitatem nutriendus et educandus
Item glosa super 2a Corinthiorum 2a diabolo
instigante et operante qui illum totum pos
sidebit et aduersus ... secundum actum sa
thane Preterea oportet eum habere angelum
qui ... preficit ... eum Preterea sancti
dicunt quod carebit presidio angelorum Item
Damascenus Hoc ille conformitate generatur
et subsistit omnem actum sathane Presciens
deus iniquitatem eius futuram voluntatem concedit
in eo habitare diabolum Sed contra super Mathei
18o dicitur quod quelibet anima habet angelum bo
num sibi deputatum Preterea cum homo quam
diu viuit sit in via habet possibili
tatem ad salutem et ad perditionem ergo non
debet ei negari hoc quod facit perfe
ctam vel iuste agitur sunt Solutio

dicendum quod quilibet purus homo habet du
os angelos specialiter sibi deputatos unum
ad bonum alium ad malum Ad id quod obicitur
de prescitis dicendum quod prescitum non est eis causa
dampnacionis prima illi enim qui presciti sunt
possibilitatem habent ad salutem ad liberum
arbitrium sicut in questione de prescientia et predestinacione
habetur determinari Et quod sic ponimus eos non
salvandos adhuc michilominus est utilis custo
dia angeli ut minora peccata vitent et per minor
sit eorum dampnacio Ad id quod queritur de
Christo concedimus de plano quod non habuit
angelum in custodia nec secundum sensualitatem
nec secundum racionem nec secundum corpus nec secundum animam
sed multa milia angelorum habuit in ministerium
divinitas enim unita humanitati quo ad omnem
statum suum sic roborabat humanitatem quod custo
dia angelorum non indiguit Ad id quod
obicitur in contrarium dicendum quod ministerium non
est custodie ut iam dictum est Ad aliud dicendum
quod confortacio illius angeli non fuerit ut unde
validiorem in Christo quod non poterat fortior fie
quam fuerit sed confortacio ista michil aliud
fuit quam congratulacio ad futuram redempcionem
Ad aliud dicendum quod incarnacio et huiusmodi
fuerunt in potestate angelorum ut revelaretur
eis habebat sed hoc non pertinet ad custodiam
Christi sed potius ad certificacionem fidelium redempcionis
expectancium Ad id quod queritur de anticristo
dicendum quod habebit bonum angelum in custodia
Cum enim homo sit pro dignitate humane anime
non debet ei negari quod aliis exhibetur
Ex hoc enim maior iusticia dei apparebit circa
eum Ad id quod obicitur in contrarium dicendum quod
diabolum habebit in se ipso non unitum sibi sicut
est divinitas sed habebit eum in se per consensum
vel complacenciam ad malum Ad aliud dicendum
quod diabolus non instruabit magis regna
gnabitur vel conducebit corpus anticristi

Et glosa dicit per tantum quod incendium fomitis
et corrupcio ad malum que est ex parte corporis mel
lius confirmata generare probabitur Et quod peccatum diaboli
in illa corrupcione est et augmentabitur de die
in diem propter hoc dicit consilio diaboli nutrire
et regere Ad aliud dicendum quod diabolus pos
sedebit eum quo ad sensum et consensum et opus
non tamen sic totum quin habeat possibilitatem ad bo
num quia liberum arbitrium habuit est et genera
liter ut maior sit dampnacio eius debetur ei an
gelus bonus ad custodiam Ad aliud dicendum
quod non est necesse quod sicut dictum est Sed ex hoc ap
parebit iusticia divina magis circa eum Ad ad
dicendum quod presidio angelorum quantum ad actualem
inclinacionem bonorum carebit et non sunt Ad
aliud dicendum est quod omne actum sathane
suscipiet per consensum quod autem dicitur quod gradietur
dominus in eo habitare diabolum intelligendum est
de consensione permissionis et de habitacione de qua
superius locuti sumus

Quinto queritur utrum sit custodiat angeli
vel aliquando recedit a custodiendo Et
videtur quod recedat a custodiendo quia dicit
Bernardus in sermone super cantica tenetis id
nostrum innotescit angelorum pro illa tibi et dileo
proinde aliquos vestrum etiam in sacris vigiliis
deprimi sompno nec tolli tunc errorem in peccatis
precipue hiis in ordinatos appare in nostra
pro alacritate primoti nostris mox quod solum
nos delectatur vero ne viri dispiciant quasi
ab hominibus in indignacione recedant et unus
quisque nostrum incipiat sero cum gemitu dicere
longe fecisti notos meos a me Posuerunt
me abhominacionem sibi Et id elongasti a me
amicum et proximum et sic in eiusdem Negotiore
multa malicia mee et eminebunt passiones
cecisti audite per celestium angelorum in arte di
vinitatis haberemus ab hiis sedibus Item
rogatus primo per idem numerus tribulacionum

et non est mirum dicit glossa angeli. Supremi medii sunt angeli curantes animas quos a nobis repellimus nisi eorum consilio nolimus acquiescere. Item super Zachariam ergo dicit angelus exmonet quia humana fragilitas per relinquit imbecillitatem metuitur ut ab eo recedat angelus dei et sanctorum angelorum. Item talia possunt apparere signa mortis in egro quod medicus recedit ab ipso ergo cum angeli sint medici anime tales possunt signa mortis eorum ostendi quod recedunt ab eis. Sed contra Bernardus 12° sermone super cantica dicit quod angelus est qui est de celo redditus quia perdidisse quasi anime non cessat sollicitudinem eius et assiduis suggestionibus monere eum dicens delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Et illud expecta dominum viriliter age et confortetur cor tuum etc. Ad deum autem dicit Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Et si distulerunt media inter dilectum et dilectam vota ipsius refers dono optatur ista placent illi intrandum quoz licet velo eunte eos preter sibi sine hic ista capiunt sine hic illud adducens. Item de neinre desperandum est dum est in via ergo quecumque mortalia peccata fidelissimi medici anime non est eligere animam quam dum possit vite mactare. Et hoc recedatur sine habet locum quod beati Dionysii qui monet in de celesti ierarchia cap° et est ista Cum unicuique genti est angelus sibi deputatus qui statuit archos et rectores populorum inter iam angelorum dei qui electorum populi et fidelis plus aliis in divinas illuminationes an ab angelis principalis sint ydolatrie reliciti et tunc angeli eorum videntur culpam de negligentia. Solutio dicendum quod angelus non recedit a custodia nec necesse est necesse est potest custodire et semper deo et videre ipsum ut dicit Gregorius

nunc deum circuit quocumque mittatur. Ad id autem quod obicitur in contrarium dicendum quod celi gratias illa non est in loco sed in potenti paratio affectum custodire et hoc non est de presentia angeli sed est custodiens pro tempore et peccati se instabile reddit et affectum custodie preparat. Et est simile de regione dissimilis in qua longe recedit peccator a deo non distantia loci sed similitudine. Ad aliud dicendum quod ad illa prius synagoge typice archangeli et angeli sunt deputati populo et ideo in typus liquerunt in veritate et promissionem in exhibitione synagoge in ecclesia tunc eius angeli custodes populi dei facti sunt custodes ecclesie. Ad aliud dicendum quod reliquie Babilonis non est intelligendum quo ad affectum custodie sed quo ad hoc quod exhibuerunt tribulationibus ut reducerent per tribulationes qui recesserant per prosperitate. Ad aliud dicendum quod recedit a nobis angelus dei et angelorum per peccata quo ad protectionem non ita quod non exhibeat nobis quamdiu sumus in via. Ad quorum dictum attendendum est solum eius quod non tenemus quia illius vite cum angeli suadent non cogunt et quamvis reducunt in divinas illuminationes non consentientes autem peccatorum ob errare vel aliis(?) generibus perpetrant probat dicens prius exemplum Pharaonis et Nabugodonosor et angelorum qui per angelos sunt instructa.

Tertio queritur utrum aliquid accrescat angelus ex custodiendo. Et queritur tria. Primo utrum accrescat eis gaudium et tristicia. 2° utrum accrescat eis meritum et demeritum. 3° utrum accrescat eis pugna et contentio in temporalibus.

Ad primum proceditur sic Ysaie 33° dicitur angeli pacis amare flebunt ergo videtur quod accrescit eis dolor

Similiter in evangelio gaudium est ange
lis dei super uno peccatore penitenciam agente Si
militer in vitis patrum legitur de quodam angelo
qui sequebatur quendam monachum peccato conse
ncientem cum plausibus manibus et flens et postea in
ipsius conversus accepit ridens et gaudens Ve
lud dicendum quod affectus doloris pertinet ad
miseriam Miseria autem et felicitas in eodem
esse non possunt simul ut dicit Bernardus in 5to
de consideratione et ideo dicimus angelos non do
lere sed gaudere semper vel in iusticia dei vel
in bonitate et misericordia Ad primum ergo dicendum
quod litteraliter angeli pacis intelliguntur nuncii
Ezechie missi ad Senacherib et ad Rapsacem
pro pace qui flebant non invenientes verba
pacis Moraliter autem intelliguntur de prelatis
et predicatoribus Anagogice intelliguntur de ange
lis celi non quod plorant neque quod affectum tunc
habeant sed quia habent effectum plorantis amice
et dolentis et miserantis in precando Ad a
liud id quod obicitur de vitis patrum dicendum
quod deus ostendit ibi in ymaginaria visione
displicentiam peccati in conspectu angelorum non
quod affectu doloris moveantur ut dictum est
sed quia pro ob custodie peccantis dicitur desereri
Si autem obiciatur quod contraria nata sunt fieri
circa idem cum igitur habeant gaudium possunt habere
dolorem et tristiciam dicendum quod istud gaudium
quod habent angeli non est contrarium tristicie
quia nullum habet contrarium gaudium nec illud
quod est ex visione dei et si haberet contrarium oporteret
quod illud esset ex visione contrarii primi et esse
duo esse principia quod non contingit
Tercio queritur utrum eis accrescat meritum
vel demeritum per custodiam Et videtur
quod non quia sicut medicus nichil omittat
de contingentibus et eger econtrario operetur
nulla est culpa medici ergo a simili cum an
geli nichil omittunt de contingentibus sed
homines in contrarium operantur non accrescit ange
lis demeritum Preterea angeli confirmati sunt
confirmati autem nec est mereri nec demereri

quia iam receperunt premium ergo nec merentur nec
demerentur Sed contra super Numeri 18uo dicit
Crisostomus angeli trahuntur in iudicium utrum
ex eorum ignorancia negligencia vel igna
via tot lapsi sunt Item in Ieremia 437 to di-
micare sunt de Belsephegor angeli sunt
pro bene gestis laudantur et prodelictis
culpantur Sed contra primo Thorcitorem octavo Nestilis
qui et angelos iudicabimus Item Crisostomus
super Leviticum 9no Inter homines et angelos
erit iudicium et forte iudicabimur et confere-
tur laboribus et fructibus eius et forte dicetur
fortior aquibus angelus Preterea hoc videtur
per racionem quia per dicitur gaudebit in beati-
tudine eorum quod ad deum conducit et ipsum
bus habet magis gaudium et in peniten-
tibus minus et ita accrescit eis meritum Pre-
terea ponamus quod aliquis angelus sciat aliquem
non salvandum aut vult eum non salvari aut
salvari Si primo et sic misericordiam eius tunc agit
contra propriam voluntatem quod esset miseria Si
2o tunc non conformat voluntatem suam volunta-
ti divine quod iterum esset miseria et culpa
Iuxta hoc queritur quare deus deputat tempus
hoc ad merendum et non angelo Cum habeant
duplicem naturam creaturam ad proficiendum
sua beatitudine Item queritur iuxta hoc de
hiis qui moriuntur in utero maternis illi
enim nichil agunt contra custodiam angeli ergo
videtur quod ex negligencia angelorum non ducantur
usque ad baptismum Si forte dicatur quod angeli
custodia non est contra defectus corporis hoc erit
contra hoc quod habetur Genesis 31 quod angelus
dixit ad Laban Cave ne quidquam durius
loquaris adversus Iacob Et Matheus 2o ap-
paruit angelus in sompnis Ioseph dicens
Tolle puerum et matrem eius et vade in
Egyptum et esto ibi usque dum dicam tibi Si
forte dicatur quod angeli non deputantur hoc
nisi contra exitus Contra quia hoc

susceptibilis est gratie susceptibilis est cus-
todie angelice sed in utero susceptibilis
est gratie cuius signum est quod quidam in utero
sunt sanctificati ergo ibidem debet recipere custodiam
angelicam. Preterea deus promptior est ad dandum
dona quam ad infligendum penas sed in utero
recipit homo fomitem ergo in utero recipit
donum custodie. Hoc etiam probabiliter arguitur
ex hoc quod accidit Johanni in utero matris
ad adventum redemptoris. Et adhuc pro-
babilius ex hoc quod accidit in utero Rebecce
in qua collidebantur parvuli et quorum pugna
significabat pugnam malorum contra bonos
qui pro parte una instigantur a malo
angelo pro alia a bono. Solutio dicendum
quod duplex est premium scilicet substantiale ut quidam
volunt quod consistit in fruitione dei maiori
vel minori et premium accidentale quod consis-
tit in multitudine operum bonorum et hoc est
duplex secundum finem quem consequuntur opus id est
in operante et secundum finem quem consequitur in
alio circa quem operatur. Dicendum ergo quod primum
premium non crescit in angelis nec minuitur
ad illud nec diminuitur contra illud. Secundum autem
premium crescit secundum multitudinem bonorum
operum in quibus gloriantur beati et hoc quo
ad finem in ipso et quantum ad hoc videntur
omnes angeli custodientes equales quia non
obmittunt de contingentibus custodie. Quo
ad finem autem in alio possunt quidam esse
maiores et quidam minores et multitudo sal-
vatorum dicitur a quibusdam causa esse minus
quod crescit plus et numquam repetitur illius premium.
Dicendum ergo quod dicit magister premium intelligitur
de minus ordinato ad substantiale premium. Ad auc-
toritatem primam Crisostomi dicendum quod intelligitur
de iudicio comparationis quod per sollicitudinem angeli
custodientis promovetur contra ignaviam hominis
ut non vincatur de negligentia in die iudicii.

Ad aliam auctoritatem dicendum quod angeli boni lau-
dantur et mali culpantur vel per boni culpan-
tur culpam non accipit proprie sed pro-
prie finis custodie in angelo alio. Ad illam
que est de apostolo supra dicendum quod intelligitur
de malis angelis quos iudicamus secundum
quandam glosam. Et secundum aliam de bonis et tunc
accipitur de iudicio comparationis. Ad aliam
auctoritatem Crisostomi dicendum quod etiam intelligitur
de iudicio comparationis de quo sufficienter dic-
tum habetur in questione de extremo iudicio.
Ad aliud dicendum concedendo secundum distinc-
tionem prius factam. Ad aliud dicendum quod an-
gelus recipiens custodiam de dampnando
vult eum salvari secundum quod deus vult
secundum doctrinam Pauli omnes homines sal-
vos fieri et ad agnitionem veritatis venire nec
hoc est verum quod aliquis teneat voluntatem
suam conformare voluntati divine in volito
post ostensionem eius ingeniis in se per signum
ubi agitur de voluntate sed tenetur conformare
in hoc quod debet velle quod deus vult eum
velle et hoc plenius declaravi in questione de
voluntate dei. Dicitur igitur quod deus vult
eius salutem hominis dampnandi et comparari ad
salutem eius ut per impedimentum angeli pau-
ciora committat peccata et ut mitiori subiaceat
dampnationi nec hoc dicas quod custodia velit
velocitate aliquis habeat necessitatem ad dam-
nationem sed plurimum ea que sequuntur tali po-
post ita ne videantur fugere tale peccatum.
Ad id quod querit metaphysice hoc dicitur solutio
ex dictis Augustini super genesim et Bernardi
in libro ad Eugenium quod natura angelica
in deiformi intellectu creata est in se libera
non possibilis et per contemplationem speculi et enig-
matis ipsa autem et intellectus incompositus
perfectibilis per creationem contemplationis et sic
semper. Et ideo quantum ad ordinem negabat

angelus non habet viam ad ubi sed iuxta ubi
esse et in complexio ubi sit primus via ante
accepcionem sit status et tempus ubi conveniebat
eorum habere statum et tempus in mundo et non
angelum. Adicio quod ulterius queritur concedimus
quod homo et angelus in uno inveniuntur statu ut
perfectionem ipse firmatus per animam rationalem. Tertio
dimus etiam quod angeli custodia in possidens est
corporis et animi sed custodia angeli in nullo
impedit cursum nature neque tempus vel voluntatem
liberi arbitrii. Et propter diversos effectus nunc
quidam sic et alii sic aliter inducuntur propter
diversam aut defectum voluntatis quidam persistunt
et alii aliter pereunt/ secundum alia sunt.

Tercio queritur utrum eis conveniat
pugna et contradictio intra se ipsos.
Primo queritur de contradictione que videtur
esse inter bonos. 2° de contradictione que
est boni et mali.

De primo proceditur sic dicitur Iob 27to
potestas et terror apud eum est
qui facit concordiam in sublimibus
suis. Ergo videtur quod inter sublimes angelos
sit discordia que per deum ad concordiam reducitur.
Item videtur per Danielem. Danielis 10° princeps
autem persarum restitit michi viginti
una diebus et ecce michael unus de prin-
cipibus venit in adiutorium meum et ego re-
mansi ibi iuxta regem persarum. Ubi dicit
theologus videtur michi hic angelus esse cui
persarum credita est. Et isti sunt principes
de quibus loquitur paulus. Sapientiam loquimur
inter perfectos quam nemo principum huius seculi
cognovit. Et hoc videtur quod principes contradic-
tionem habent inter se adinvicem. Item ibidem alia
glosa super id restitit michi faciens pro persis
sibi commissis ne captivorum populus dimitteretur
et frustra contemnere cepit propheta exauditus
fuit una statim et ei missus est ei angelus
qui dei indulgenciam nunciaret. Et
viginti uno diebus restitit ei princeps persarum
comitans peccata iudeorum quibus iuste captivitati
tenerentur ne dimitterentur. Item theologus super id
Cum enim egrederer apparuit princeps grecorum
veniens ac si diceret egrediebar a conspectu
dei ut quando ventura sunt proferam que tuis innotescam.
Tibi licet audiens non possim stare ibi persarum
principi et contradicere tuis precibus vel mee
legacioni et ecce princeps grecorum in angelus
macedonum veniebat et missus in conspectu
dei ut aut auxiliaret principi medorum et per-
sarum ut in corde leonis regnum grecorum prece-
dit et sic videtur quod contradictio fuit ibi inter
bonos angelos. Item super illud Nunc revertar
ut pugnem adversus principem persarum dicit
theologus quod quilibet angelus accepit potestatem
parum invicem certatur. Sed contra in beatis
summa pax est ut dicit beatus augustinus et summa
concordia. Item videtur quod nulla discordia
et nulla contradictio sit inter eos. Solucio dicendum
quod contradictio non est in angelis bonis
simpliciter sed secundum quid sit per oppositione diversorum
meritorum quorum sunt in custodiendo et hec
ipsa contradictio reducitur ad concordiam
Ex oppositione illuminatio desuper venientis quia
in illa accipiunt et in ipsa consistunt quod
ipsi sunt concordes omnes implendo divinam
voluntatem. Theologus tamen videtur intelligere principem
persarum et principem grecorum de malis
angelis quod aliter non competit illi quod dicit
quod isti sunt principes de quibus dicit paulus
qui cognovissent sapientiam dei si non cognovissent
nunquam dominum glorie crucifixissent
vel crucifigi procurassent et istorum eciam proprium
est velle plus certare in terrena potestate
ut dicit alia glosa de multiplicante
affectu terrenorum multiplicatur vel pereat
et hoc videtur eciam in evangelio ubi

dominus dicit quod princeps huius mundi eicietur foras. Hoc etiam videtur gregorius attestari in alia glosa super eundem locum qui dicit sic angelicos spiritus recte milites dicimus quia decertant eos contra aereas potestates non ignoramus quia sui certamina non in valore sed in imperio peragunt. Et hec glosa accipitur de moralibus super iob 2o capitulo. Ex hiis igitur sive de bonis sive de malis angelis intelligatur per solum textum.

Secundo queritur de condicione que est boni et mali de qua habetur in epistola iude cum michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de moysi corpore non ausus est inferre iudicium blasphemie sed dixit imperet tibi dominus. Gratia huius queritur quare plus cum diabolo attribuitur michaheli sicut legitur hic et in apokalipsi. Et queritur de moysi corpore et quare non est ausus inferre iudicium blasphemie. Simile eius habetur capitulo 3o zacharie ubi dicitur ostendit michi ihesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini et sathan stabat a dextris eius ut adversaretur ei et dixit dominus ad sathan increpet te dominus sathan et increpet in te dominus qui elegit ierusalem. Ad 2m hoc maledicunt hoc sicut petrus anania et saphire concedatur quod multo magis angeli poterit maledicere diabolo. Solucio dicendum quod boni angeli decertant contra malos ut habetur in premissa auctoritate gregorii et hoc proprie attribuitur michaeli quia ille est prepositus et princeps ecclesie dei et ideo habet ille certare pro ecclesia. Et hoc est quod dicit gregorius quociens magne virtutis aliquid agitur michael mitti perhibetur ut ex ipso actu et nomine debet intelligi quod nullus potest facere quod facere prevalet dominus. Unde et ille antiquus hostis qui ex deo per superbiam similis esse voluit dicens super altitudinem nubium ascendam similis ero altissimo. Cum in fine mundi sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus. Cum michaele certaturus presentialiter esse perhibetur sicut per prophetam dicit factus est plus cum michaele certaturus ut qui se ad dei similitudinem superbus extulerat per michaelem peremptus discat quia ad dei similitudinem per superbiam nullus assurgit. Corpus autem moysi dicitur synagoga cuius moyses instigator extitit et caput. Et in despectum est synagoga hec michael factus est princeps ecclesie et ideo habet certare pro ecclesia ut patet ex ipso secundum Ieronimum. Ad 2m dicendum quod non est maledicere aliorum contra per nostrum bonum quam recipiunt deinde ut dicit glosa ibidem sed imperare zelo iusticie non videtur immodestia licet in iustitie nec factum petri fuit maledicere sed potius divina imprecatio de imprecatoribus quod videtur sicut absurdum patribus sanctis alias dictabitur.

Consequenter queritur de numero et nominibus custodientium angelorum. Gen. xviii legitur quod tres venerunt ad abraham quorum duo tamen venerunt in sodomam. Item legitur quod apparuit unus in thobia autem legitur quod angelus dixit ego sum raphael unus de septem qui astamus ante deum. Et in apokalipsi septem leguntur apparuisse. Hoc [illegible] et ipse textus. [illegible] 2o machabeorum cum machabeus procedit ad bellum contra thimotheum sic legitur apparuerunt adversariis quinque viri armis aureis decorati duntaxat [illegible]. Ex quibus duo machabeum medium habentes armis suis tutum reddebant immo conservabant. In adversarios autem tela et fulmina iaciebant ex quo [illegible] confusi et repleti perturbatione

videbat In 2o machabeorum eodem legitur quod cum pro
cederent contra lesiam ad bellum apparuit precedens
eos eques in veste candida armis au
reis hastam vibrans et tunc omnes benedixerunt
deum misericordem et convaluerunt animis non solum
homines sed et bestias ferocissimas et muros
ferreos parati penetrare Similiter de nominibus eorum
legitur quod ille qui ad thobiam missus est raphael
dictus est Et qui ad virginem ignem dic
tus est gabriel Qui autem preliabatur cum
dracone in apocalipsi michael In ezechi
ele nono dicitur Ecce sex viri veniebant de
via porte superioris que respicit ad aquilonem
et uniuscuiusque vas interitus in manu eius vir
quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis
et atramentarium scriptoris ad renes eius Et ibi
patet quod de septem angelis loquitur Ipse
autem ezechiel ponit quatuor animalia alata et
similitudinem firmamenti super capita eorum et
thronum zaphirinum super firmamentum et speciem
hominis electrinum super thronum et unam rotam
habentem quatuor facies Et in hec similiter diversa
attribuuntur angelis videntur ibi esse septem
dignitates In 4to autem regum 6to capitulo appa
ruerunt contra eliseum equi et currus ignei
multi valde et hoc ostendit multitudinem an
gelorum sicut et ipse elizeus dixit plures vo
biscum sunt quam cum eis In matheo 26to dicit
dominus ad petrum converte gladium in locum suum an
putas quia non possum rogare patrem et exhi
bebit michi modo plusquam duodecim legiones an
gelorum Similiter luce 2o cum ille angelus
nunciaret pastoribus nativitatem cristi appa
ruit multitudo milicie celestis laudantium
et dicentium gloria in altissimis deo et in terra
pax hominibus bone voluntatis Quare de divi
tate dixit istorum que sit mirum non est Solvendo
dicendum quod illi tres qui apparuerunt abrahe ap
paruerunt ut destruerent sodomam et confortarent
in abraham qui fuit ipsima via credendi Et
quod fides magis pendet ex trinitate et unitate ideo
tres ibi vidit abraham sed unum adoravit duo
autem qui ingressi sunt zodomam significant officia
duorum ordinum que necessaria fuerunt ad liberacionem
loth archangelorum quorum est revelare secreta
sicut de incendio zodome revelatum est loth
qui preceptum est ei ut iret in montem cum duce
angelus domini fide apparuit apparuit ad
quid ut custodiret personam unam sicut an
gelus qui apparuit iacob et ille significat
actum inferioris ordinis cuius custodia est
hominum singulorum Aliquando autem apparuit
ut revelans secreta sicut ille qui apparuit
beate virgini et zacharie quandoque apparuit ut
precedens populum sicut ille qui apparuit
thobie et ille qui precessit machabeum in
pugna contra lisiam Et ille significat
actum principatuum principum enim est disponere
et defendere principatum gentem Aliquando autem
apparuerunt quatuor et illi significant officia
quatuor ordinum quorum actus circa sunt
tantum res humanas scilicet angelorum in custodiendo
archangelorum in revelando principatuum in dis
ponendo gentes potestatum autem in refrenando
malignas potestates actus enim virtutes non
semper circa humana operantur sed circa ele[menta]
mundi Nec est actus eorum communis sed quia
sunt miracula et quandoque non Aliquando autem
apparuerunt quinque propter actus quinque ordinum quorum
nullus est circa humana sicut illi qui
apparuerunt contra machabeum quorum duo tuebantur
[illegible] Et illi significant actum angelorum et
principatuum Et machabeus dux et princeps
fuit Alii tres officia trium ordinum significant
archangeli non tela iaciebant revelando
hostes ex parte populi dei potestates autem re
primendo nequiciam demonum ne vires darent
hostibus ad pugnandum virtutes non concitando
miraculorum hostes et perturbando eos Aliquando
autem sex cum vere [illegible] et unus

cum alternaculo et illi significant sex modos
tribulacionis captivorum. Et unus modus conpla
tus liberatorum de quibus dicitur iob 5to In sex
liberatos tribulacionibus liberabit te et in septimo
non tanget te malum. Sex autem tribulaciones
captivorum spiritualis enumerantur a beato gregorio
in moralibus super iob ubi dicitur quod diabolus
captivitas miseris hominem aut impediendo cum
volat aut prendendo claudit aut puniendo
decipit aut obruendo [illegible] aut opprimendo
rapit aut depravando frangit. Et promissiones
ad istas tribulaciones significant vasa mihi
alta alternancium autem quod erat in superiori
angulo significat scripturam bonorum in libro
vite. Et de hiis amplius dicitur in [illegible]
de figuris angelorum. Septem autem apparuerunt
septem sine distinctione et illi non significant nisi
actum unius ordinis scilicet archangelorum quorum
in revelacionis designantur per septem civitates mundi
et per septiformem ecclesiam in septenarium donum
spiritus sancti. Unde eciam isti dicuntur astare
ante deum quod in conspectu dei per tempus sue
revelacionis expectant et hoc patet per glosam
apocalipsis de septem angelis qui tuba ca
nunt. Volucrum autem istud non invenitur
textus nisi expressus ad custodiam [illegible] aut
ezechiel in primo capitulo per quatuor animalia secundum
dionisium significat quatuor ordines quorum
officium continue est circa nos ut diximus
et quid significent figure eorum postea dicetur.
Sunt autem [illegible] significant quatuor regna
firmamentum autem eminens capiti eorum non
significat aliquem ordinem specialem sed significat
[illegible] dispositos quatuor ordines tractatus
Thronus autem desuper significat thronorum thro
norum. Species autem electri significant ma
iestatem presidentis. Scala autem iacob de angelis
descendentibus et ascendentibus significat ipsum
ministerium angelorum quod consistit in allatione
donorum in descendendo de superis et in pre

sentacione votorum nostrorum deo in ascendendo.
Multitudo autem que fuit cum elyseo significat
multitudinem ministrancium non in uno ordine
sed per plures. Illa vero multitudo que fuit a
pastoribus audita significat multitudinem
assistencium et laudancium. Sicut dicitur in daniele
Milia milium ministrabant ei et decies
centena milia assistebant ei. Duodecim autem
legiones non significant aliquem unum ordi
nem vel etiam generacionem sed significant multi
tudinem et virtutis angelorum militancium
ad defensionem. Duodecim significatorum in qua
libet duodecim tribuum filiorum israel. Hoc
autem quod queritur de nominibus plurium est
per gregorium. Et de michaele verba que
iam dicta superius sunt. De gabriele autem
sic dicit ad mariam quoque gabriel mit
titur qui dei fortitudo vocatur. Illum quippe
nunciare veniebat qui ad debellandas
aereas potestates humilis apparere dignatus
est per dei igitur fortitudinem nunciandus erat
qui virtutum dominus et potens in prelio contra
potestates aereas ad bella veniebat. De
raphaele autem sic idem dicit quod raphael
interpretatur medicina quia videlicet dum tobie
oculos quasi per officium curacionis tetigit
cecitatis eius tenebras tersit. Qui autem ad
curandum mittitur dignum fuit ut dei medi
cina dei vocaretur. Si vero queritur de quibus
ordinibus sunt isti tres angeli dicendum sine
preiudicio quod michael est de ordine prin
cipatuum et ideo sancti dicunt quod fuit prin
ceps synagoge et modo est princeps ecclesie
Gabriel autem est de ordine archangelorum
sicut dicunt communiter sancti ut supra habitum
est. Raphael autem est de ordine virtutum
quia virtutis est miracula facere sicut ipse
miraculose curavit thobiam. Et si obicitur
quod in festo dedicacionis archangeli michaelis [illegible]
tur te principem super omnes [illegible]
et ibi [illegible] est mare et [illegible]

terra ubi archangelus michael descendebat
de celo et ubicumque alibi invenitur. Volunt
etiam per auctoritatem dionysii supra positam quod dicit
quod superiores inferioribus dona pertinent con-
ferre et per pacta inferiorum que sunt su-
periores quia etiam eorum nomina referre
non est sicut hoc nomine designat secundum
ordinem eorum

Sexto queritur de motibus ange-
lorum. Et queruntur tria. Primo an
moveantur. 2o si moventur per quem
modum motus moventur. Et 3o utrum mo-
tus eorum sit in tempore vel non.

Ad primum proceditur sic. Dicit gregorius quod
angeli etiam intra deum quocumque mit-
tuntur et ideo est movere quod movetur.
Item damascenus libro 2o capitulo 2o dicit circumscriptibiles
sunt angeli. Cum enim sunt in celo non sunt in
terra et cum ad terram a deo mittuntur non rema-
nent in celo. Ex hoc patet quod moventur
de loco ad locum. Item scriptum fortes sunt
et parati ad dei voluntatem complendam. Et
ubi consistunt inveniuntur velociter ubique inveniuntur
mira velocitate nature et custodientes partes
terre et gentibus et locis presidentes sunt a con-
ditore preordinati sunt et ea que sunt secundum nos
dispensantes et auxiliantes nobis. Ex hoc
iterum accipitur quod moventur localiter. Videlicet zac-
charias habetur currere et loqui et hic alius
angelus egrediebatur in occursum illius. Cum
igitur dicit sit localiter moveri angeli moventur
localiter. Sed forte aliquis dicit quod movetur
virtute non substantia. Contra illa virtus aut est substantia
angeli aut est extra eius substantiam sive potentia. Si
primo non tunc ad motum virtutis sequitur
motus substantie. Si 2o aut illa virtus erit
sine subiecto aut in subiecto suo. Si primo
hoc est inconveniens et sine omni intelligen-
tia quia virtus in quantum relinquit suum sub-
iectum. Cum enim sit de ratione accidentis esse
in subiecto et sit in specie qualitatis que
est naturalis potentia. Si secundum subiectum celi
quecumque oportet quod circumstans sit sine subiecto. Si
autem 2o tunc ubicumque est virtus erit substantia et
ad motum virtutis sequitur motus substantie. Sed forte
dicatur quod dicit dionysius in de celesti ierarchia
capitulo 11o quod in tria dividuntur secundum se
supermundana ratione omnes divini intellectus
in essentiam virtutem et operationem et secundum essentiam
et virtutem immobiles sunt secundum operationem
autem moventur. Sed inquam sic dicatur hoc
non potest esse nisi alterius duorum modorum
scilicet ut per imperium sunt sicut operatores vel
hoc quod habent proportionem ad naturam superius qua
operantur. Sicut sicut dicit philosophus quod motor
primus movet in tota natura absque hoc quod
coniungitur materie generabili et corruptibili. Et
si dicatur primo contra omnis operatio egrediens
ab aliquo per imperium egreditur ab alio imme-
diate cui imperatur ab imperante primo. Si ergo opera-
tio angeli exit ab imperante ubi non est
per substantiam et virtutem oportebit ponere aliam
substantiam circa nos quibus imperatur ab angelis
ad perfectionem illarum operationum. Non enim potest
dici quod perficiantur illa opera operatione nature
que opera custodie et revelationis et miracu-
lorum non sunt operationes nature. Preterea hoc dictum
est contra damascenum qui dicit primo libro capitulo
primo quod angelus dicitur esse in loco et adest
et intelligibiliter circumscribitur ubi et operatur.
Si 2o dicatur contra motor primus movet
inferiora generabilia et corruptibilia per medium primi
mobilis qui ut tamen precedatur non movetur
coniungens materie generabilibus et corruptibilibus.
Ergo oportet quod angeli moverent corpus
aliquod superius et motus ille descendet
per medios alios motus ad inferiora quod
non ulterius perficerent operationes illas an-
gelorum que sunt circa nos quod non
est verum quia locutiones et revelationes

et longi non habent ordinem ad motum celi pauci
ordinantur cuiuslibet ad eum ergo relinquitur quod movere
aut spera invisibile et separate sunt esse
dicunt pauci Si aliquis dicat quod sicut ancel
mus in intelligentia dei est esse quod ubique re
alius aut corporis esse in uno loco tamen sine
et semel continue aut partialiter que quasi me
dia est Esse est commune in pluribus simul et sed
et ita angeli sine motu sibi sic possunt
esse apud nos et in celo sicut anceling [illegible]
plicat de eius que est in manu et impedi
